Zeitschrift

für die

historische Theologie.

In Verbindung

mit der

historisch-theologischen Gesellschaft zu Leipzig

herausgegeben

von

D. Christian Friedrich Illgen,
ordentlichem Professor der Theologie zu Leipzig.

Sechsten Bandes erstes Stück.

Mit einer Steindrucktafel.

Leipzig, 1836.
Verlag von Joh. Ambr. Barth.

Inhalt des sechsten Bandes.

Erstes Stück.

Seite

I) Doctrina Plutarchi et theologica et moralis. Commentatio, quam scripsit Theodorus Hilmarus Schreiter, Schleusingensis, Philos. D., in academia Kiliensi privatim docens. 1

II) Ueber die biblische Vorstellung vom Paradiese. Von D. Carl August Credner, ordentlichem Professor der Theologie zu Giefsen. (Mit einer Steindrucktafel.). 145

III) Ueber das Buch Jona. Von D. Christian Friedrich Böhme, Consistorialrathe, Pastor und Inspector zu Luckau bei Altenburg. 195

IV) Die Christenburg. Allegorisch-epische Dichtung von Johann Valentin Andreä. Nach einer gleichzeitigen Handschrift herausgegeben von D. Carl Grüneisen, erstem Hofprediger, Feldpropste und Oberconsistorialrathe zu Stuttgart. 231

V) Ein Beitrag zum Leben und zur Characteristik des D. Gottlieb Jacob Planck, Oberconsistorialrathes und Professors der Theologie zu Göttingen. Aus einem eigenhändigen Briefe von ihm. Von D. Gottlieb Mohnike, Consistorial- und Schulrathe zu Stralsund. 313

Zweites Stück.

Se

I) Die älteste Hebräische Zeitrechnung bis auf Moses, nach den Quellen neu bearbeitet und mit einer Karte vom Paradiese versehen von Rasmus Rask, Professor der Literargeschichte und Unterbibliothekar zu Kopenhagen. Aus dem Dänischen übersetzt von D. Gottlieb Mohnike, Consistorial- und Schulrathe zu Stralsund. (Mit einer Steindrucktafel.). . . . . .

II) Die Metropolitanverbindung Riga's mit den Bisthümern Preufsens. Nach urkundlichen Quellen dargestellt von D. Heinrich Friedrich Jacobson, aufserordentlichem Professor der Rechte an der Königlichen Universität zu Königsberg . . . . . .

III) Origo et fundamenta religionis Christianae. Eine bisher noch unbekannte deistische, antichristliche Schrift aus dem sechzehnten Jahrhundert. Mitgetheilt von D. August Gfrörer, Bibliothekar zu Stuttgart . . . . . .

IV) D. Heinrich August Schott, Grofsherzoglich Sachsen-Weimarischer geheimer Kirchenrath und erster Professor der Theologie zu Jena (geb. zu Leipzig den 5. Dec. 1780, gest. zu Jena den 29. Dec. 1835), nach seinem Wesen und Wirken im Umrisse dargestellt. Eine Rede, gehalten am 6ten Februar 1836, bei Uebernahme des Prorectorates der Universität Jena, von D. Andreas Gottlieb Hoffmann, Grofsherzoglich Sachsen-Weimarischem Kirchenrathe und ordentlichem Professor der Theologie zu Jena. .

I.

Doctrina Plutarchi et theologica et moralis.

Commentatio,

quam scripsit

Theodorus Hilmarus Schreiter,
Schleusingensis,
Philos. D., in academia Kiliensi privatim docens.

Ad doctrinam scriptoris alicuius complectendam atque explicandam si quis accedit, praefandum ei videtur, num recte operam collocet in hoc auctore illustrando, aut, si nemo illud dubitat atque alii iam praeiverunt, num relictum sit liquid, quod perficiat adhuc et expleat; neque prooemium iusmodi praetermittendum nobis censemus.

Satis autem constat, Hadriani tempore, cuius aequalis Plutarchus fuit, philosophos plerosque et contentos fuisse narrandis modo atque pertractandis praeceptorum antiquorum dogmatis, cum ipsi acumine suo et solerti studio doctrinam traditam amplificare et perficere amplius atque omnino vestigia maiorum superare minus tentarent, et laudem doctrinae subtilis atque accuratae, qualis maxime decet quaestiones philosophicas, non, sicut par erat, secutos esse. Hanc quidem laudem ut Plutarcho immerito vindicemus, non laboramus: sed tamen cum aetatem universam illam insignem fatis putamus in historia generis humani ad maiorem quandam animi culturam progredientis, tum prae ceteris huius aevi scriptoribus Plutarchum dignum habemus, cuius

libri diligentius evolvantur. Etenim quo tempore aditus par batur religioni Christianae, eodem tempore videmus n solum multos propensos fuisse ad religionem veterem, qu aliquamdiu neglecta iacuerat, novo studio amplectend et commendandam, sed etiam operam dedisse, ut philos phiam Orientalem cum Graecorum sententiis conciliarent Testes adsunt prae ceteris luculenti atque conspicui Apo lonius Tyanensis et Philo Judaeus, ut alios mittam Itaque theologi praecipue iure suo tum id sibi negoti sumserunt, ut doctrinam eius aevi universam moresque di gentius scrutarentur, unde facilius appareret, quam par illa aetate homines fuissent ad religionem salutarem ac piendam, aut quam aversi, tum recens exstiterunt viri do qui doctrinae Plutarchi summatim comprehendendae at illustrandae operam suam impenderent[2]). Et vero Plut chus, si quis alius, candido quodam pioque studio ducebat ut redderet antiquam sacris dignitatem et honorem, Deos patrios defenderet contra impiam obtrectationem aut secu tatem quandam improbam, atque idem haud dubita dogmata Orientalium cum Graecis coniungere. Ex hoc igi aliisque auctoribus compertum habemus, viros egreg literisque imbutos illa aetate et doluisse vehementer, si p tatem antiquam et reliquas simul virtutes cecidisse videre et hoc paravisse aetati laboranti remedium, ut metum D rum cultumque restituerent. Quibus studiis et conaminib num via sit religioni novae munita magis an obstructa, est huius loci disquirere: sed operam iam speramus non gratam videri, si doctrinam Plutarchi tum theologicam t moralem accuratius persequemur. Ceterum illud simul n nemus, nomen Christianum ignotum Plutarcho fuis quanquam Judaeorum superstitionem saepius notavit[3]), id

1) Cum multi praesto sint auctores, liceat proferre testimonium doctissimi, Schlosser, *Universalhistorische Uebersicht der Geschic der alten Welt und ihrer Cultur*, Tom. III. P. 2. p. 176 sqq.

2) Infra nomina eorum percensebimus.

3) Superstitionem enim Judaeorum pluribus locis exempli evita causa commemoravit; cf. *de Stoicor. repugn.* Cap. 38., *de Isid. et Osir.* C 31., *de Superstit.* Cap. 7., *Symposiac.* IV. 5 et 6.

que causam eius, quam defendit, aliam plane esse atque Platonicorum posteriorum, qui recentes appellantur. Sed non possumus silentio praeterire, quod Schlosserus, cuius auctoritatem ceteroquin magni facimus, iudicium de Plutarcho fecit paulo iniquius, ut statim in principio liberandus ea culpa et excusandus aliquantum esse videatur. Dixit enim ille (quanquam hoc loco diserta historiae testimonia desideramus)[4]), Plutarchum maxime auctorem exstitisse, ut arcanam quandam scientiam et interpretationem sacrorum Hadrianus sectaretur. Sane quidem versatus est Plutarchus circa doctrinam mysticam, neque parcus admodum fuit in symbolica quadam interpretatione usurpanda: sed ut hoc concedimus atque aetati maxime tribuimus, ita doctrinam eius universam maioris esse momenti statuimus cum theologis illis, qui de hoc auctore nuper egerunt. Manifesto enim Plutarchus prae ceteris illius aevi scriptoribus sensum quendam prae se fert pium atque erectum, quo ferebatur ad religionem antiquam superstitione purgandam et vi nova resuscitandam, cum philosophicam ei doctrinam applicaret. In quo suo conamine non poterat interpretationem symbolicam omittere; nec vero, siquidem temperavit sibi neque modum praetergressus est, crimen illud iure obiiciatur. Sed aliud adiecit vir doctissimus, quasi mollem quandam doctrinam atque ignavam Plutarchus induxerit, ex fontibus Orientis haustam, scilicet de seculo corrupto, quod piaculis et sacris offerendis gratiam Deorum recuperare deberet, cum tamen virtus strenue exercenda et vita fortiter agenda esset[5]). Ultro nos quidem fatemur, saepe ac vehementer Plutarchum conqueri de pravitate ubicunque grassante et de moribus foede corruptis: sed poterat ille aliter, cui colluvies vitiorum omnium ante oculos obversaretur, qui virtu-

4) Cf. libr. laudat. p. 2 sq.

5) Verba sunt haec: *Männer, wie Plutarch, im praktischen Leben brauchbar, — beförderten die Verbreitung einer vom Klima, von dem Geist südlicher Völker, von der Erschlaffung der höhern Stände sehr begünstigten Lebensansicht, die der alten, welche Rom grofs gemacht hatte, ganz entgegengesetzt war. Der Einfluſs der Lehre vom duldenden Gehorsam, von dem sündigen Zustande dieses Lebens — ist überall leicht zu erkennen* etc.

tes plerasque occidisse doleret? Et cum verissime obs
vasset vir eruditissimus, acerbum hunc sensum pravitatis
turpitudinis, quae omnes infecisset, facilius homines eo a
duxisse, ut religioni sese Christianae addicerent poenite
tiam postulanti: tamen haud scio an immerito culpave
Plutarchum, quod patientiam ignavam quandam praecepe
neque firma et necessaria perversitatis istius remedia mo
straverit. Quanquam cum ea culpa minus congruere videt
si Plutarchus vocatur etiam vir magno rerum usu instruct
qui vitam praestiterit doctrina philosophica dignam, ato
Hadriano Imperatori, qui amplissima ei munera detuler
officia sua eximie probaverit. Sed ex libris Plutarchi di
genter excussis hoc criminis dilui posse confidimus, n
forte huc trahentur, quae continentur his libris praece
saluberrima et prudentissima, quomodo vitia eximi et
strui, virtutes autem ali et confirmari possint. Praete
utilissima Plutarchus iis suppeditavit consilia, qui mun
publica capesserent, et constanter adhortatus est, ne q
rempublicam desereret, sed quam posset maxime de sal
publica mereret. Sed summam etiam laudem Schlosser
attribuit Stoicis illis, qui tunc prodierant, Epicteto eiu
que sectatoribus, quod, cum praeclare docerent de natu
hominum alta et celsa, integritate etiam et praestantia vi
sententias eas tueri instituissent[6]). Atqui iidem Stoici,
hortabantur gravissime ad vitam probe et innocenter age
dam, obedientiam videlicet et patientiam praescripseru
quae legibus fati praestanda esset; unde dubitare iam li
bit, ecquod crimen ignaviae atque segnitiae in philosop
illis haereat. Ipsa autem scribendi ratio, quam Plutarch
secutus est, abunde testatur, ab vitae eum actione
virtute forti omnino non abhorruisse, quippe qui quaestio
bus difficilioribus et subtilioribus plerumque abstineret, s

6) Vid. lib. cit. p. 182. 183., ubi ita concludit: *Der Beyfall, d
Epiktets Weisheit, und die einfache Art, wie sie von Arrian vorgetrag
wurde, in der damaligen Zeit fand, scheint zu beweisen, dafs Schwä
merei, Sophistik, falscher Geschmack nicht so durchaus allgemein war
als wir aus dem Inhalt und der Form der gröfseren Zahl dieser Schrift
und zwar aus den berühmtesten am meisten schliefsen würden.*

vitam ipsam intuens commonefaceret, quae vitia maxime serperent et diligenter essent cavenda, virtutes autem quomodo essent assequendae et confirmandae. Arctissime omnino apud Plutarchum, sicut apud Stoicos posteriores[7]), doctrina cum vita connexa fuit, ut magis doctrinae accurata ratio detrimentum cepisse, quam vita neglecta esse videatur.

Sed antequam pergamus ad vitam Plutarchi breviter adumbrandam, alia nobis censura, quam Schlosserus de libris Plutarchi edidit, ponderanda est et paululum restringenda, ne frustra haec commentatio inchoata aut tendere ad finem vagum videatur. Dixit ille[8]), Plutarchum sententias suas partim ex hac, partim ex alia philosophorum schola sumsisse, prout quaeque ad consilium scribendi optime quadraret, ideo neque sensum quendam mysticum doctrinae Platonicae ab eo repudiari, neque dubitationes Scepticorum reiici, nisi quod adversarius esset constans tum Epicureorum tum Stoicorum extrema quaeque proferentium. Quam mutabilitatem sententiae inde nimirum exortam esse, quod Plutarchus, multum versatus in negotiis publicis, minus id egisset, ut doctrinam certam et solidam assequeretur. Addere possumus, formam etiam librorum, quam Plutarchus elegit, minus facere ad doctrinam plenam aliquam et iustam constituendam. Etenim pleraeque ex commentationibus iis, quibus pars aliqua scientiae ethicae tractatur, editae, prout familiaris aliquis aut occasio postulabat, in singulis versantur praeceptis expromendis et colligendis; complures libri dialogorum forma compositi haud satis declarant, quam auctor ipse sententiam tenuerit. Praeterea neque illud dissimulamus, quaestiones plerasque in rebus historicis positas ingenium non prodere acutum admodum et perspicax in rebus eiusmodi exigendis et diiudicandis, atque in collectione illa placitorum physicorum iudicio suo

---

7) Vid. Tennemann, *Geschichte der Philosophie*, Tom. V. p. 142.

8) Vid. lib. cit. p. 189.

plerumque abstinuit [9]). Sed manum iam de tabula, ut offi
quidem nostro satisfiat, nec tamen difficultatis nimium qui
dam obstruatur: num conficitur ex his omnibus, ut doctri
Plutarchi inter se non cohaereat nec concinat? — Qu
Syncretismus quidam antea iam exortus [10]) illa aetate n
desiit, sed philosophorum diversorum sententias tunc m
xime committere inter se tentabant, neminem fugit; neq
Plutarchus ab hoc communi aequalium studio alienus fu
Non est nostrum longe disserere, quantopere vera philos
phandi ratio coniungendis diversis illis placitis corrupta s
cum doctrinam exactam quandam et accuratam philosoph
maxime sectari debeat. Sed tamen nullo loco Plutarch
ita lapsus est, ut sententias plane contrarias inter se pe
misceret et doctrinam suam male consueret, id quod viti
sane esset intolerabile; sin dubitanter nonnunquam locu
est, caute hoc neque iniuria fecit, ut infra monstrabim
Atqui hoc ipsum studium Syncretismi, quod illa aetate vig
bat, certissime demonstrat, non solum quanti auctoritatem s
periorum existimaverint, sed etiam veritati exquirendae
colligendae quam diligenter operam navaverint. Eteni
cum diversae philosophorum scholae effloruissent, neque ve
una ex illis veritatem totam occupasse atque exhausis
videretur, eaque discordia philosophorum ab adversari
maxime urgeretur: posteri iam id sibi negotium datu
esse putaverunt, ut sententiis diversis apto modo inter
copulandis philosophiae atque veritatis consensum que
dam efficerent, quia inferiores sese iudicabant antiq
illis praeceptoribus, quam ut auctoritatem unius alicui
posthaberent et spernerent. Eademque ratio ad res sacr
transferebatur ab iis, qui antiquam religionis dignitatem
stituere cuperent. Ut enim veritatem philosophiae una
consequi, ita non minus in rebus sacris consensum que
dam populorum efficere conabantur, cum mentes hominu

9) Quanquam hic liber: *περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις βιβλία* cum physica solum placita contineat, integer non exstat atque contrac esse videtur ab grammatico aliquo, ut censent plerique interpretes.

10) Cf. Ritter, *Geschichte der Philosophie*, Tom. III. p. 686. a

multitudine illa Deorum nimis diducerentur, nec facile providentiae unius gubernatione carere possent[11]). Ad mythicam autem populorum Orientalium doctrinam eo facilius inclinabantur, quod vetustate illi augusta quadam gloriabantur, et praesentiam Numinum mysteriis aliisque sacris magis conspicuam reddebant; manifesta namque documenta Deorum res humanas moderantium aevo illo maxime expetebant. Hoc igitur aetatis suae studio Plutarchum quoque ductum esse, ultro largimur; sed illud simul addimus, modestum eum in doctrina mythica usurpanda, veritatis autem amantissimum fuisse. Quippe minus ille quidem mente acuta et iudicio subtili exploravit, ecquae doctrina esset omnibus partibus absoluta: sed tamen sensu pio atque honesto ductus elegit, quae desiderio suo maxime satisfaceret, philosophiae studium sincero animo professus. Itaque etiamsi non disseruit eo modo, ut principia doctrinae primum constitueret, dein omnia ordine iusto deduceret, doctrinam tamen philosophicam sequi voluit, quae quidem ipsi maxime probaretur. Sin quis secus existimat, Plutarchum oportet ostendat in doctrina sua exponenda sibimet ipsi adversantem et contrarias foventem sententias, cuius eum levitatis convinci posse haud putamus. Sed Schlosserus Plutarchum ita reprehendit, quasi, certam doctrinae rationem non secutus, sine discrimine ex diversis philosophiae scholis congessisset, quaecunque placita forte arriderent et scribenti prodessent, — ubi viro doctissimo assentiri non possumus. Toties enim Plutarchus philosophiam studiose commendavit, tam constanter philosophiae postulavit praecepta ad vitam regendam et virtutibus muniendam, tam diligenter monuit de moribus probe formandis, ut temere adeo versari non posset in philosophia adhibenda. Praeterea haud scio an verba illa minus inter se congruant, quod Plutarchus dicitur doctrinam suam prudenter comparasse atque historiam ex-

11) Nam etiam apud scriptores antiquiores legem supremam quandam et sanctam providentiae inveniri, qua iuste omnia regerentur, animadvertit Jacobs, *Akademische Reden und Abhandlungen*, Tom. I. (*Vermischte Schriften*, T. III.) N. 6.: *Hellenische Götterwelt*, p. 101.

ornasse eo modo, quo facillime probarentur aequalibus su
doctrinam accuratam et historiam ieiunam haud ferentib
sed iucundam oblectationem, qua tempus otiosum fallere
quaerentibus, atque idem postea memoratur inter homi
illius aetatis paene latuisse[12]). Omnino secundum Schlo
serum Plutarchus magis sese accommodavit legentib
quam vero liceat et candido scriptori; neque huic sententi
subscribere possumus. Forma autem si spectatur librorum
singulorum, qua Plutarchus usus est in scribendo, nihil ea
officere arbitramur, quo minus doctrina concinna et sa
cohaerens colligatur. Quod liquido constat in iis libell
qui argumentum aliquod pertractant ex philosophia mor
et inscripti sunt ad aliquem ex numero amicorum. Un
discimus simul, permultos fuisse, qui consilia et auctoritat
a Plutarcho petierunt[13]), sicut ille scholas suas ita ins
tuisse videtur, ut non doctrinae solum copiam quandam t
deret et mentem acueret, sed etiam vitam moresque inf
maret atque philosophiam omnino quam maxime cum vi
coniungeret. Aliud quidem genus est librorum eorum,
quibus complures introducuntur disputantes de argumen
aliquo, quod vel ad theologiam vel ad physicam doctrina

12) Vid. lib. cit. p. 188 sqq.

13) Etenim reipublicae gerendae praecepta tradidit ad Menemachu
quendam, qui petiisset, ut exemplis maxime propositis edoceret, quid s
agendum esset in republica capessenda. Euphanem, aequalem suo
hortatus est libro ad eum scripto, ne senectutem crederet impedime
esse, quo minus operam suam pergerent in negotiis publicis collocar
Praeterea ad Apollonium quendam librum dedit consolandi gratia,
patris luctum filio mortuo leniret; alio autem libro exsulem quendam
hortatur, ne exsilii onere opprimatur. Quae nomina ficta esse, persuade
nobis non possumus, quamvis nomina eorum virorum in annalibus impe
non compareant. Sed quo consilio Plutarchus libros singulos emis
erit, maxime elucet ex prooemio libri *περὶ εὐθυμίας*. Nam cum Pacciu
quidam Romanus petiisset a Plutarcho, ut tum exponeret *περὶ εὐθυμία*
tum loca quaedam *Timaei Platonici* illustraret, respondet ille, tempore u
gente collecta sibi esse tantummodo, quae in promtu essent: *ἀνελεξάμη
περὶ εὐθυμίας ἐκ τῶν ὑπομνημάτων, ὧν ἐμαυτῷ πεποιημένος ἐνέγκαιον, ἡγου
μενός τε σὲ τὸν λόγον τοῦτον οὐκ ἀκροάσεως ἕνεκα θηρωμένης καλλιγραφία
ἀλλὰ χρείας βοηθητικῆς ἐπιζητεῖν.*

pertinet, ubi etiamsi Plutarchi nomen saepius celatur, de consilio tamen et sententia scriptoris haud facile dubitabimus [14]). Sumsit autem hanc dialogorum formam a Platone, non solum, ut scenam vividam quandam instrueret et coloribus historiae ornatam [15]), sed etiam interdum, ut, si quod argumentum in utramque partem verti posset et difficile esset decernere, rationibus satis excussis et ponderatis, iudicium liberum legentibus permitteretur: unde tamen inconstantiae atque ambiguitatis culpam haud residere censemus. Sed alii quidam exstant libelli, qui speciem quandam rhetoricam vel sophisticam aperte prae se ferunt, dialogi: *de esu carnium* et *Gryllus*, haud integri et valde forsitan decurtati. Quos si diligentius aliquis tractaverit et comparaverit cum reliquis libris, non poterit dubitare, quin veram non contineant auctoris sententiam, sed exaggeratam aliquantum atque in maius auctam, tanquam specimina quaedam artificii rhetorici [16]). Itemque demonstrativo rhe-

---

14) Singularis est professio in libro *de Ei apud Delphos*, Cap. 7.: τηνικαῦτα προσεκείμην τοῖς μαθήμασιν ἐμπαθῶς, τάχα δὲ μέλλων εἰς πάντα τιμήσειν τὸ μηδὲν ἄγαν, ἐν Ἀκαδημίᾳ γενόμενος, de qua postea videbimus. Ceterum continet hic liber disputationem quandam, quae olim habita erat sub Ammonio, Plutarchi magistro, qui principem etiam tenet locum, postea autem retractata a Plutarcho ἐν τῇ σχολῇ. Scholas autem, ut videmus ex libris: *de sera Numinis vindicta*, *contra Colotem*, *Non posse suaviter vivi sec. Epicurum*, Plutarchus ita instituit ex more consueto, ut inter ambulandum dissereret. In his quidem disputationibus praeceptoris officium ipse sustinet, in aliis, ut *de defectu oraculorum*, *de facie in orbe lunae*, aequas magis interloquentibus singulis partes distribuit.

15) Satis hoc patet in libris: *amatorius* et *de genio Socratis*. Nam quae in hoc libro traduntur de liberatis Thebis, consentiunt quidem cum narratione historica, *Pelop.* 8—12, sed tamen magis aliquanto exornata et coloribus distincta sunt. Quod *Convivium septem sapientum* Plutarcho auctori ab nonnullis abiudicatur (vid. Fabricii *Bibl. Graec.* Tom. V. p. 179., Schöll, *Histoire de la liter. grec.* Tom. V. p. 80.), propter inventionem videlicet frigidam interdum et facetias insipidas, iudicium videtur minus firmum esse neque libri forma ab reliquo Plutarchi artificio admodum discrepare.

16) Probavit Plutarchus sane cum alias partes disciplinae Pythagoricae, tum maxime simplicitatem victus et frugalitatem, quae valde abhorrerent ab luxuria atque mollitie illorum temporum. Sed tamen nimius

torices generi attribuendi sunt alii libri: *de fort*
Alexandri, *de Romanorum fortuna*, *de gloria Athen*
sium, quibus accuratam historiae notitiam exhiberi h
facile quisquam dixerit, sed ornatum et poeticum et rhet
cum ostentari. Neque improbabile est, quod nonnulli sus
cati sunt, hos libellos eo consilio esse compositos, ne f
sitan committendis viris summis Graecorum et Latinor
Graeci obscurarentur, sed nominis splendorem retinerent
Quodsi rhetorico etiam genere Plutarchus ingenium su
exercuit, et patriae amore ductus Graecos laudibus exin
affecit, nihil tamen consequitur, ut fidem aliorum libror
suspectam et doctrinam simulatam arguamus. Liberius in
dum lusit, haud dedignatus ornatum et suavitatem oratio
sed ubi doctrina certa expromenda erat, et res divinae at
humanae diligenter expendendae, ab ludo certe alienus fu

Poscere res ipsa iam videtur, ut de *vita Plutar*
pauca praemittamus, quo facilius doctrina eius perspicia
atque aestimetur. Neque enim secundum temporum ratio
operose computatas vitam eius scrutabimur, quoniam pau
admodum ab scriptoribus veteribus de rebus Plutarchi s
prodita[18]) et diligenter iam ab recentioribus conquisita[19]
sed illud potius agimus, ut ex libris ipsis imago quaed

---

est in illis commentationibus, quam ut sententiam veram videa
proposuisse: condidit eas fortasse ingenii exercendi causa annis juv
libus, nec postea retractavit. Etenim sermones hilares et festivos tem
ris traducendi causa haud invitus commisit, ut satis declarant *libri s*
posiaci. Ceterum de toto Sophistarum genere breviter et perspicue
Schöll, *Hist. de literat. grec.* Tom. IV. p. 207.

17) Ita censuit Sainte Croix, *Examen des historiens d'Alexand*
p. 160., et Schöll, l. c. Tom. IV. p. 121. — Boeotiam autem patriam e
iniuste tractatam putaret ab Herodoto, libellum illum composuit
malignitate Herodoti.

18) Seriori demum tempore Eunapius, Syncellus et Suid
pauca de Plutarcho memoraverunt.

19) Praeter alios, quos diligenter enumerat Fabricius, *Bibl. Gra*
Tom. V. p. 154 sqq., vid. inprimis Corsini, *Vita Plutarchi*, praemis
editioni *Placitorum philosoph.* Florent. 1750. Unde satis erit, annum n
talem, fere 50. p. Chr., itemque mortis, circa 133., adscripsisse.

ritae reddatur, et cognosci possit, num concordiam institue-
it aliquam inter facta sua et praecepta, et auctoritate fuerit
liqua ad mores aliorum regendos et formandos. Supra
utem animadvertimus, Plutarchum scribendo non id secu-
um esse, ut doctrinam universam complecteretur, sed ope-
am magis dedisse, ut vel praecepta suppeditaret ad vitam
ecessaria, vel partem doctrinae aliquam illustraret utilemve
otitiam afferret. Factum esse per temporum iniuriam, etiam
emoravimus, ut perpauca comperta habeamus de amicis
t familiaribus Plutarchi[20]), quibus libros suos inscripsit,
um pauciora historici veteres de imperio Antoninorum
raebeant. Quanquam in obscuro quodam atque umbratili
ritae genere non latuit, sed, ut propensus erat ad vitae
ctionem, ita Traiano imperitante et consulatu Romano
unctus et Illyriae provinciae procurator factus est[21]).
Quod homo peregrinus, cum Romae scholas habuisset, ad
unc honorem pervenit, fieri non potuit, nisi excelleret et
octrinae copia et solerti rerum usu, aliisve meritis spec-
atus esset. Sed nihil proditur, quod in hoc munere per-
gendo memorabile gesserit, quamvis ipse profiteatur, omni
e tempore versatum esse in publicis negotiis, neque
ropter aetatem grandiorem ab iis discessurum[22]). Ipse vero
acerdotium Apollinis commemorat curae suae mandatum[23]):
uod officium certe non solum cum fide necessaria, sed
tiam cum caritate quadam praestitit, quia saepe ac mente
levota sacrorum Pythicorum meminit, et patronus oraculi

---

20) Sossium Senecionem constat quater consulem fuisse; sed
ihil attinet singulos amicos vel necessarios percensere, quorum nomina
olum exstant (vid. Fabricius loc. cit.). Ceterum Schlosser lib. laud.
om. III. P. 2. p. 5. adnotat, historias regni prioris Antoninorum
nutilas tantum superesse.

21) Vid. Fabricius loc. cit. Sed quo auctore tradant, Plutarchum
Hadriani praeceptorem fuisse, non invenimus.

22) Vid. *Num seni respubl. gerend.* Cap. I., ubi ita concludit: ἐμμενοῦμεν,
ἧς ἀπ' ἀρχῆς προειλόμεθα, ταυτὸ τοῦ ζῆν καὶ τοῦ καλῶς ζῆν ποιησάμενοι
ἑρας.

23) Ibidem Cap. 17.: οἶσθά με τῷ Πυθίῳ λειτουργοῦντα πολλὰς Πυ-
θιάδας. *De Pyth. orac.* Cap. 29. Pertinent huc quoque λόγοι Πυθικοί,
in libr. *de Ei*, Cap. I.

exstitit studiosissimus, ne quid auctoritati et sanctitati
per impietatem et lasciviam derogaretur. Atqui pari st
sacra omnia, quae publice essent constituta, amplexus
et commendavit, ut scripsit ad Cleam, Isidis sacerdot
ne mythicis offenderetur traditionibus, quae primo adsp
inconcinnae forsitan viderentur, sed sensum occultio
eundemque egregium continerent[24]). Uxorem autem ad
nuit *epistola consolatoria*, ne nimium dolori conced
propter immaturam filiolae mortem, sed probe teneret doc
nam eam, quae in mysteriis traderetur[25]). Ceterum postq
Plutarchus in Graeciam rediit, munera quidem publica h
recusavit, etiamsi molestiora essent, sed tamen otio libe
usus esse videtur, quo facilius studiis literarum et phil
phiae vacaret[26]). De vita autem domestica hoc liceat
ferre, cum caritas uxoris et gnatorum eluceat ex consolat
illa epistola, quod intima sese fratri concordia adiunct
fuisse profitetur[27]). Neque praetermittere hoc loco ve
praecepta illa *conjugialia*, egregia et plena verae hum
tatis, etiamsi ad necessarios scripta non sunt, ut qui
coniecerunt[28]). Praeterea quantam adhibuerit pueris educa
curam et diligentiam, ut liberali institutione imbuere
et semina virtutum in animos teneros immitterentur, s
testatur prooemium libri de *poetis audiendis*[29]). N
addimus de simplicitate victus et vitae totius, quam Plut
chus probavit, cum persuasum haberet, vitam philosophic
ab luxu molli et diffluenti maximopere oportere distare[30]

---

24) *De Isid. et Osirid.* Cap. 2.

25) *Consolat. ad uxor.* Cap. 10.

26) *Polit. praec.* Cap. 15., *Vita Demosth.* Cap. 2.

27) *De amor. fratern.* Cap. 16.

28) Male enim ita coniecisse videntur, sicuti demonstrat Fabric
Bibl. Graec. l. c.

29) Liber quidem *de puerorum educatione* non videtur ad Plutarch
auctorem pertinere. Vid. Wyttenbach.

30) *Consol. ad uxor.* Cap. 5. de uxoris cultu simplici haec testat
Ἀτελείᾳ τῇ περὶ τὸ σῶμα καὶ ἀθρυψίᾳ τῇ περὶ δίαιταν οὐδεὶς ἐστι
φιλοσόφων, ὃν οὐκ ἐξέπληξας ἐν ὁμιλίᾳ καὶ συνηθείᾳ γενόμενον ἡμῖν,
quibuscum conferatur *de cupidit. divitiar.* Cap. 10.

Haec igitur satis habeamus ex libris Plutarchi collegisse, nde intentus videbitur ad vitam et doctrinam prospero cona- nine jungendam, atque auctoritate etiam ultimus non fuisse nter aequales, etiamsi minus constiterit ex aliis testimoniis.

Denique quaerendum est, *num doctrina theologica et noralis universa fere comprehendatur Plutarchi philosophia.* Theologiam ipse alicubi declaravit *τέλος τῆς φιλοσοφίας*[31]), t magnopere intererat auctoris nostri, ut sana quaedam rerum livinarum cognitio inter homines propagaretur ad eamque ita tota referretur. *Theologiam* autem proprio nomine di- imus, quia philosophiae non solum rationibus nitebatur, quanquam philosophiam scite adhibuit ad scientiam rerum livinarum efficiendam, sed non minus historiae quaesivit estimonia, quibus vis atque efficacia Deorum patefieret. Cultum igitur Deorum, qualem maiores tradidissent, ut phi- osophiae luce purgaret ab superstitione, defenderet autem ontra impios, qui sacra spernerent et riderent, consilium Plutarchi fuit et theologiae eius propria ratio, quam copio- ius iam pertractaturi sumus. Addimus autem *doctrinam noralem*, quia hanc philosophiae partem Plutarchus singulari tudio excoluit, sicut omnes eius aequales in ea philoso- hiae parte, quae ad vitam humanam pertineret, illustranda tque explananda praecipue versabantur. Physicas quae- tiones saepe quidem neque invitus ingressus est: sed tamen evioris sunt momenti, nec summam doctrinae attinent, et uaedam ex illis etiam ad partem moralem trahi poterunt[32]). Neque alienus fuit ab dialectica philosophiae parte: sed, uae erat aetatis illius indoles, ut recederent magis a prin- ipiis supremis diligenter explorandis atque accurate discu- iendis, quaestiones singulas modo, prout occasio aliqua

---

31) *De defect. oracul.* Cap. 2., ubi Cleombroto quidem haec verba ribuuntur, sed nihil dubitamus ad Plutarchum ea transferre.

32) Pertinent huc inprimis *libri symposiaci*, in quibus quaestiones aysicae plurimae moventur, porro quae proprie inscriptae sunt *quaestiones hysicae*; in libris autem: *de animae procreatione, de comparatione ani- alium terrestrium cum aquatilibus, de facie in orbe lunae* etc., quaestio- es reperiuntur de natura animi et similes, nobis haud praetermittendae.

erat data, perstrinxit. Plura quidem argumenta ex
philosophiae parte expromuntur, ubi contra Stoicos et E
cureos disputavit: verumtamen in disputando non procedit
atque ordine, intentus maxime ad convincendos adversari
si quando sibi ipsi repugnent[33]). Quare haec missa facim
atque iis relinquimus, qui doctrinam philosophorum illor
perquirere studeant. Doctrinam autem de numerorum vi
potestate, quam adscivit a Pythagoreis, suo loco non pr
termittemus. Itaque ea pars philosophiae, quae versa
circa mores recte formandos et vitam sapienter regenda
sola fere restat, in qua explicanda Plutarchus operam pr
cipuam collocaverit. Atque philosophiam universam ita
luit ad vitam referri, ut philosophiae dignitas honestate vi
probaretur, et philosophiae praeceptis munitus esset, quic
que virtutem sequeretur et vitam laudabilem: quas senten
diligentius posthac percensebimus. Ceterum cum Platon
auctoritatem alioquin permagni faciat, multa tamen
doctrina ethica sumsit etiam ab Aristotele; neque e
laudem iure quisquam Plutarcho detrectaverit, quod mag
ipse quoque rerum usu et iudicio exacto ac prudentia egre
valuit. Verumtamen auctorem non sequemur consilia singu
afferentem, aut occupatum in singulari aliquo vitae gene
examinando: sed satis habebimus capita potiora et doctrina
graviorem comprehendisse, unde iudicium eius perspiciat
de virtute beata, de miseria improborum, de vitiis plerosq
inficientibus etc. Denique cum a publicis negotiis Plutarch
non abstinuerit, sed praecepta etiam de iis utilia dede
operae pretium videtur indicasse, quid sua aetate de for
reipublicae et patriae fortuna existimaverit. Haec summat
praemonenda erant, priusquam ad doctrinam ipsam exp
candam accederemus.

33) Passim haec colligenda sunt ex libris: *advers. Colotem, de co
munibus notionibus adversus Stoicos, de repugnantiis Stoicorum*, tame
ita Plutarchus agit in adversariis illis refellendis, ut dictum aliquod
placitum proponat atque exagitet tanquam ineptum, suam autem ma
sententiam reticeat.

Pars Prior.

Plutarchi doctrina theologica.

Supra eam quaestionem attigimus, postquam alii viri octi de Plutarchi doctrina explicanda iam meruerunt, equid nobis relictum sit, quod afferamus amplius et exleamus: qua de re pauca nunc verba facienda sunt. Qui istoriam philosophiae nostris temporibus contexuerunt[1]), ninus quidem momenti attribuerunt Plutarchi libris, neque niuria, si rationem viamque illius historiae reputamus. Neque enim singulari acumine Plutarchus ullam disciplinae hilosophicae partem excoluit et promovit, sed aestimandus st ex universa aetatis illius indole et conditione, cum pieatem cadentem sustentare virtutesque lapsas erigere studeent. Praeterea illud quoque offendebat, quod diversis phiosophiae scholis inter se conflandis vera et accurata scienia corrumpebatur, tametsi propter ipsum hoc studium conordiae cuiusdam inter philosophos discordes efficiendae aetas la imbecilla quidem, sed tamen veritatis assequendae haud egligens videbitur. Quodsi symbolicam receperunt Orienalium philosophiam, doctrinae ratio diligens et accurata non inus periclitabatur, cum imaginationi liberius vaganti campus latus aperiretur. Itaque viri illi minus meruerunt de hilosophia subtiliter tractanda, neque locum insignem in istoria philosophiae obtinuerunt. Sed theologi cum explorarent progressum atque incrementa ecclesiae Christianae, bservare praecipue debebant, quomodo literarum et doctriae studia se habuerint ad religionem Christianam nascenem et propredientem, num obstiterint an profuerint doctriae, quae nova annuntiabatur. Itaque Neander, vir

1) Respicimus maxime librum Tennemanni, *Geschichte der Philosophie*, Tom. V. p. 226 sqq. et p. 254 sqq., ubi universum quidem aetatis ingenium diligenter enarratur, pauciora autem de Plutarcho commemorantur. Ritteri historia philosophiae nondum ad haec tempora perducta est.

meritissimus de historia ecclesiastica, cum primo l
Plutarchum haberet inter reliquos Platonicos, qui illa aet
florebant et pietatem resuscitare atque novam quand
religionis doctrinam condere studebant, doctrinam eius th
logicam summatim atque egregie complexus est[2]). Ne
Tzschirnerus, cum exponeret de causis cadentis religio
ethnicae, praetermittere potuit conamina horum philosop
rum, et praecipuam Plutarchi rationem habuit[3]). Sed c
illi Plutarchi libros non ita perquisivissent, ut nihil praet
mittere vellent, neque ethicam doctrinam attigissent:
quidem omnia, quaecunque faciunt ad doctrinam Plutar
illustrandam, diligenter proponere decrevimus, neque a
nos putamus acturos. Quodsi Plutarchi doctrinam con
rendam aliquis iudicaverit cum aliis aetatis illius scrip
ribus, novum hoc atque aliud genus esse scriptionis vi
batur.

1) *De vera theologiae ratione.*

In principio theologiae Plutarchi, qui philosophic
doctrinam non solam profiteretur, sed religionem publ
receptam pio animo amplecteretur, non possumus religio
doctrinam ab maioribus traditam non ponere; huic enim, qu
sancte teneretur et propagaretur, pietatem omnem cens
esse superstruendam[4]). Quam cum sententiam tener
adversarius necessario exstitit eorum, qui permulti tu
reperiebantur, qui sacra peregrina inveherent, neque u
versum modo religionis cultum magnopere cumularent

---

2) Cf. Neander, *Ueber den Kayser Julianus und sein Zeitalt*
Sect. I., et *Allgemeine Geschichte der christlichen Religion und Kirc*
Tom. I. P. I. p. 25 sqq. — Ordine apto carent, quae collegit olim J. Zimme
mann, *de religione Plutarchi*, in *Museo Helvetico*, Tom. IV. Part. 15.

3) Vid. Tzschirner, *der Fall des Heidenthums*, p. 127 sqq

4) Cf. *De Pyth. orac.* 18.: δεῖ τὴν εὐσεβῆ καὶ πάτριον μὴ προϊεσθ
πίστιν. *De defect. orac.* 12. commendatur νόμος πατέρων. *Consol.*
uxor. 10.: πάτριος λόγος. *De superstit.* 3. deprecatur βαρβαρικοῖς κατ
οχύνειν καὶ παρανομεῖν τὸ θεῖον καὶ πάτριον ἀξίωμα τῆς εὐσεβείας. Ad
Amator. 12., *adv. Stoic.* 31., *Pyth. orac.* 29.

mplificarent, multitudine cerimoniarum peregrinarum adscita, ed patria sacra desererent, et maiorem quandam efficaciam tque auctoritatem ab religione recens advecta repeterent. Neque tamen omnem rigide praeclusit aditum Diis adventitiis ut cultui novo, ut satis apparet tum ex iis, quae copiose isseruntur de veneratione *Isidis* et Deorum Aegyptiorum, m ex reliqua eius doctrina: sed contemtui esse religionem atriam et cadere in oblivionem per Numinum adscititiorum lebritatem, id quidem aegre tulit neque committendum se putavit. Deos igitur patrios et tutelares iusto honore rivari nefas duxit, in recipiendis autem novis et Diis et icris caute agendum esse, ne scilicet inutili et foeda superitione homines opprimerentur.

Fuerunt autem, qui sacerdotes peregrinos devoti accirent, et omisso patrio sacrorum ritu aliena undique contirerent iisque operarentur, homines nempe superstitione ntacti. Quorum animum perversum vitamque miseram re atque infelicem Plutarchus tanta cum perspicuitate et ncitato quodam orationis genere expressit, et tanta cum avitate perstrinxit, ut praeterire leviter non possimus. etu enim perpetuo agitati nunquam ad animi tranquillitam perveniunt, et contrariis omnibus affectibus distrahunr: supplices auxilium petunt a Diis, ac taciti eos refordant; blandi cum votis fana Deorum adeunt, ac numen rum in occulto exhorrescunt, ut *πολυπάθεια* quaedam mire eos cruciet atque disturbet. Quem animum suspensum fluctuantem inprimis aperiunt fortunae commutationes, m casus aliquis inopinatus accidit, aut quomodocunque res ud prospere cesserunt: tunc suam accusant impietatem et os credunt iratos calamitatem inflixisse, ac tantum abt, ut solatii quidquam et auxilii ex religione sua nanciscan, ut desperantes paene abiiciant animum neque erigere se audeant [5]). Neque laetae quidem iis et secundae res

5) *De superst.* Cap. 6. *δεισιδαιμονία* vocatur *πολυπάθεια κακὸν τὸ ἀθὸν ὑπονοοῦσα.* — Add. Cap. 7.: *δεινὸν τὸ τῆς δεισιδαιμονίας σκότος, εσὸν τὸν ἀνθρώπου συγχέαι καὶ τυφλῶσαι λογισμὸν ἐν πράγμασι μάλιστα ισμοῦ δεομένοις.*

acerbitate vacant et morsu occulto, quando etiam in fes
Deorum, cum ceteri gaudio quodam perfruuntur sincero
que quieto animumque hilares ad Numina coelestia att
lunt, timore interno contremiscunt et Deorum vix fer
praesentiam. Sin officiosi erga Deos videntur et pia q
dam verecundia ducti, Plutarchus tamen pravis eorum
absurdis opinionibus Deos vere succensere atque irri
autumat. Quid enim? Hominem si quem fingeremus pron
ad iram et vindictae cupidinem, qui officio vel leviss
haud rite peracto poenas statim crudeles exigeret, et m
bili esset ingenio ac secum discordaret, miserum eum at
impotentem omnes haberent, et qui longissime abesse
perfectione divina. At tales isti Deos fingunt; ut cum tr
cum narrant *Niobes* occasum, propterea quod insolentiu
mulier adversus Deam gesserit: graviores utique Dea p
nas exigere debebat ab iis, qui talem ei saevitiae atque
constantiae notam imprimerent, si quod est apud Deos
mortales odium humanae pravitatis, neque potius con
seratio. Atqui omnes isti Deos credunt agere cupid
praecipiti atque affectibus insanis concitatos, neque unq
ad eos, tanquam ad tyrannos superbos, nisi anxii et tr
dantes accedunt. Quapropter inviti etiam Deorum cul
retinent; et modo liberare se possent ab hoc metu, illico
partes incredulorum transirent: sed imbecilliores sunt, q
ut praeposteras opiniones suas abiicere valeant[6]). 2
persequimur ulterius hanc superstitionis imaginem: s
copiosa est et vivo quodam colore expressa, ut nihil
plius desideretur. Sed illud fortasse quaesierit quispiam,
veritatis Plutarchus probe memor fuerit in hac imagine
umbranda, an verbis grandibus atque ornamentis rheto
aliquantum dederit. At neque auctoritas Plutarchi ten
est in suspicionem vocanda, et satis confirmatur, si a
testes eius aetatis audimus[7]). Neque enim exiguus

6) Cf. *de superst.* Cap. 9 – 11., et caput 11. praecipue versatu
describendo cultu isto tetrico atque inepto, quem homines superstiti
capti Diis deferebant.

7) Cf. quae testimonia colliguntur apud Tzschirnerum, *Fall*

umerus eorum, qui metu Deorum cultuque molesto paene pprimerentur, qui omni modo tum ieiuniis et victu adtricto, tum squalore corporis et habitu sordido deformarent ese et vexarent, neque unquam satisfacere sibi possent ad Deorum aut iram placandam aut gratiam conciliandam, sed uo quid magis oculos feriret adspectu insolito et deformi, o cupidius affectarent, confisi maxime sacris illis, quae ex Oriente adveherentur, quibus observandis et peragendis iam maxime humiles et abiecti coram Diis cernerentur. ieri autem non potuit, si animi humani naturam considemus, quin, si qui homines religionis sensu moverentur, um alienatos sese sentirent a Numinum coelestium fiducia, redire in gratiam eorum cuperent, neque ullam nossent nimi ipsius purgandi viam, ultro deferrentur ad multitudiem piaculorum externorum, ad castigationes aliaque anxietis levamina, quibus quamvis deprimi sese et paene obrui entirent, non tamen exsolvere sese et religionem severam xuere auderent. Itaque hi homines perpetua quadam anietate et metu Deorum concutiebantur, neque unquam aut centiam arrogabant vitae impiae, aut serenitatem pietatis sequebantur. Sed multi tunc exstiterunt superstitioni aliter editi, qui sacra usurparent ad vitae turpitudinem maculasue tegendas et expiandas, atque externo eo ministerio ratiam divinam mercari amarent [8]).

Vehementius autem Plutarchus superstitionem aggredir, et crimini dat maxime, quod praeposteris istis opinionis et cultu absurdo permulti eo essent adducti, ut venerationem metumque Deorum omnem abiicerent. Atque eo idem libello, cuius titulus exstat *περὶ δεισιδαιμονίας*, id axime egit, ut errorem eorum, qui incredulitatis essent ar-

---

identhums, p. 74 sqq. et apud Tholuckium, *Das Wesen und die sittlichen Einflüsse des Heidenthums, besonders unter Griechen und Römern, n dem Standpunkte des Christenthums aus betrachtet;* in *Neanders nkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthum und des christlichen bens*, T. I. edit. 2. p. 120 sqq.

8) Egregie Neander, *Kirchengeschichte*, T. I. P. I. p. 25. utrumque perstitiosorum genus discernit. Plutarchus quidem eos modo tangit, qui io gratiam divinam quaererent, sed frustra laborarent.

guendi, tolerabiliorem vitamque minus iniquam ostende quam hominum superstitione infectorum. Scilicet rident alios laeto ac pio animo Diis operantes, neque ipsi senti quidquam; sed ἀπάθεια tantummodo in eos cadit, neque t bulentis affliguntur animi perturbationibus. Sin fortur caecam et fatum immite impendere sibi infitias non ib non tamen ipsi se derelinquunt, sed prudentes rebus ad sis remedia atque auxilia parant[9]). Eam vero sentent Plutarchus constanter tuetur, ut homines superstitione c taminatos arguat impietati et originem primam et cau satis speciosam praebuisse[10]). Etenim vanis atque ine opinionibus de cultu et voluntate Deorum spargendis mythologia turpi fovenda maximum pietati detrimentum tulerunt, ut, quicunque sanioris essent mentis et doct aliqua instructi, fabulas istas insipidas fastidirent omn que Deorum venerationem abdicarent. Nempe taedebat humilitatis abiectae et sollicitudinis continuae, quam ho nes ex vulgo divinum numen adorantes vel prae se fer vel certe non dissimularent; neque inducere in animum tuerunt, ut vitam sortirentur formidini perpetuae et ter lamentis usque stimulantibus obnoxiam. Quanquam animadvertit Plutarchus, exempla satis multa reperiri, c ipsi homines impii omnique non superstitione dicam sed ligione soluti, etiam inviti eo perducerentur, ut vim divi rursus agnoscerent, et quos antea vita impia et supe laeserant, iam quovis modo reconciliare et propitios reddere tentarent. Ita factum est, ut ex ipsa illa impie procaci et lascivia superstitio gigneretur vel turpissima molestissima, cum viam non haberent aliam ad gratiam D rum acquirendam et promerendam. Satis autem habuit P tarchus monere, ut in rebus divinis tractandis tum super

---

9) Cf. *De superstit.* Cap. 5—9. Est quidem ἡ ἀθεότης ἄγνοια καλ ὥσπερ ὀμμάτων πολλῶν τὸ φανώτατον καὶ κυριώτατον ἀπεσβεσμένη, τὴν θεοῦ νόησιν (Cap. 5.), atque ita definitur Cap. 6.: ἀναισθησία καὶ ἀπι τῶν ὠφελούντων καλῶν.

10) Cf. *De superst.* Cap. 11.; *de Isid.* Cap. 68. et 70.

onem evitarent stultam et importunam, tum levitatem imietatis lascivam caverent [11]).

Sed cum strenuum se religionis patriae defensorem lutarchus gereret, difficultatis quiddam occurrit. Nempe rcendas esse monet religiones externas, atque idem haud ıbitat nomina Deorum Aegyptiorum ex lingua Graeca inrpretari atque illustrare [12]). Praeterea cum reliquis philoıphis Platonicis id egit summo studio, ut religiones omnes xcusaret ac tueretur, quibus communis quaedam continerer Deorum notitia, quamvis occultior interdum et tectior, t, si diversi apud gentes diversas Dii nuncuparentur, noına quidem essent varia, sed eadem providentia et potentia ivina ab omnibus agnosceretur et coleretur. Unde prolabi videatur ad inconstantiam quandam, infra hoc explicanım erit, ubi de natura divina agetur; sed hoc loco iam raesumendum quiddam est. Ut enim supremam quandam osuit Deorum gubernationem, ita singulas mundi partes ngulis putavit curatoribus et patronis divinis esse commisıs, qui suo quisque munere perfungerentur et suis honoriıs essent afficiendi. Quos temere moveri quasi ex finibus iis atque exagitari per alios Deos nefas duxit; sin quid milıtudinis aut alius fortasse nexus inter patrios intercederet et peregrinos Deos, non prohibuit videlicet, quo miıs illi admitterentur. Ferum autem atque immanem Deoım cultum, qualis esset apud populos barbaros, Graecae ımanitatis ac literarum haud oblitus, pessimae incusavit ıperstitionis et plane aspernatus est. Nec vero ea tantumodo sacra aversatus est, quae animum proderent crudelem

11) Cf. *de Isid.* 67.; *de superst.* 13.: ἔνιοι φεύγοντες τὴν δεισιδαιμονίαν πίπτουσιν εἰς ἀθεότητα τραχεῖαν καὶ ἀντίτυπον, ὑπερπηδήσαντες ἐν μέσῳ μένην τὴν εὐσέβειαν. Ceterum Neander lib. c. p. 27. annotavit, perstitionem ex impietate ortam a Plutarcho ignorari.

12) Cf. locus memorabilis sane *de Isid.* Cap. 61. Multi quidem libri ctoris nostri, ut *Quaestiones Graec. et Rom.*, *Sermones convivales* alii, referti sunt huiusmodi conaminibus, quae spectant ad originem nomiım aut rituum sacrorum investigandam: sed quamvis doctrinam pluriam expromat, iudicio acuto non valet, id quod non huic scriptori solum, d toti aetati accidit.

atque inhumanum, sed alia quoque, quae vel turpi spe displicerent vel similem ob causam offenderent, procul benda esse censuit [13]). Unde satis apparet, arbitrio sensui suo quantum dederit, cum certos doctrinae lim designare non posset.

Sed quaerendum erat amplius, quaenam esset me via tenenda inter superstitionem et impietatem, unde si in alterutram partem deferretur, Plutarchus nefas iudica Mythologiam publice receptam ut simpliciter amplecteren et narrationes symbolicas, quales in cultu Deorum tra bantur, fide promta tenerent, haud postulavit, quin et homines ad talem fidem praestandam proclives, qui sc tiam altiorem lumenque philosophiae non desiderarent, perstitionis nomine incusavit. Tantum enim invalu doctrina philosophica omnibusque accepta erat, quicu literas vel summis labris attigissent, ut religionis involu et traditiones mythicae defendi aliter et sustineri non p sent, nisi accommodarentur ad doctrinam aliquam phil phicam. Sed tum eligendi satis ampla erat copia, q potissimum ex diversis philosophorum scholis sequeren tum aliam alius interpretationem adhibuit, ut alias myth giae partes resecaret, alias sensu proprio acciperet. Plut chus autem cum philosophiae Platonis maxime adstipu retur, quae aptissima etiam erat ad religionem public tuendam, universum modo illud praecepit, ut philosophi recte adhiberent ad religionem perspiciendam [14]). Q

---

13) Vid *de fortun. Alex.* I. 5, *Pelopid.* 21., *Marcell.* 3., ubi Ro dicuntur *βαρβαρικὸν οὐδὲν οὐδ' ἔκφυλον ἐπιτηδεύοντες, ἀλλ' ὡς ἕνι μά ταῖς δόξαις Ἑλληνικῶς διακείμενοι καὶ πράως πρὸς τὰ θεῖα.* Superstitiosis d citur *de superst.* Cap. 6., quod *χαλκοτύποις πείθονται καὶ λίθοξόοις κα ροπλάσταις, ἀνθρωπόμορφα τῶν θεῶν τὰ σώματα εἶναι.* Contra Numa datur, *vit. Num.* Cap. 8., quod nullum Dei simulacrum posuerit, *ὡς ο ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίονα τοῖς χείροσιν, οὔτ' ἐφάπτεσθαι θεοῦ δυνα ἄλλως, ἢ νοήσει,* — qui locus insignis est. Enumerantur autem varia *τῆς δεισιδαιμονίας, de superst.* 13. Add. *vit. Pompej.* 24., *Nic.* 4.

14) *De Isid.* Cap. 68. *φιλοσοφία μυσταγωγὸς* dicitur, et *de defect. o* 2.: *φιλοσοφία τέλος ἔχουσα τὴν θεολογίαν. De Ei ap. Delph.* Cap. vocantur *οἱ περὶ τὸν θεὸν φιλοσοφήσαντες.* Cf. *de Isid.* Cap. 3.

sententia latissime utcunque patebat, sed satis declarat, cur excusandum potius existimaverit errorem eorum, qui doctrina philosophica inducti omnem et superstitionem et religionem spernerent, quam si qui opinionibus superstitiosis inquinarentur. Diligentius posthac inquisivit, quam varia essent superstitionis genera et quid detrimenti religioni patriae importavissent. Alii quidem eo devenerunt, ut, cum dona Deorum ipsis ornarent nominibus divinis, Deos ipsos vicissitudinem fortunae subire crederent, et neglecto discrimine eo, quod recte olim statuerant inter Numina ipsa atque effectus eorum, malam quandam confusionem ignorantia sua introducerent [15]). Alii simulacra atque effigies Deorum pro Numinibus ipsis adoraverunt ideoque nominibus male uti coeperunt: qualis superstitio Aegyptios maxime dedecoravit [16]). Quapropter cum Deorum nomina iam transscriberentur ad res vita carentes, quae aut hominum usui essent expositae aut alioquin provenirent in rerum natura, ut cum *Vulcanus* pro igne, *Ceres* pro frumento appellabatur: opiniones improbas et noxias necesse fuit animos multorum inficere ac depravare [17]). Quae res maxime induxit homines leves atque improbos, ut venerationem Deorum turbarent, nomenque divinum ad causas diversas, vel ex vita hominum vel ex rerum natura petitas, transferrent. Partim enim affectus varios, quibus hominum animi commoventur, unde aut virtutes progignuntur, aut vitia et delicta erumpunt, divinis nominibus dixerunt impertitos esse, ut *Minervam* contenderent ipsam hominis mentem et rationem, *Venerem* autem libidinem, *Mavortem* vehementiorem quendam impetum et iracundiam appellari; et qui ita sentiebant, impietatem

---

15) Cf. *de Isid.* 70.: ἀπαιδεύτως δέχομενοι καὶ ἀμαθῶς ἀναστρέφοντες περὶ τοὺς θεοὺς τὰ πάθη τῶν καρπῶν, — ἀτόπων καὶ παρανόμων καὶ τεταραγμένων δοξῶν αὐτοὺς ἐνέπλησαν.

16) Ibid. Cap. 71.: ἄριστα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν, κ. τ. λ.

17) Ibid. Cap. 66.

suam haud dissimulaverunt [18]). Partim operam suam
contulerunt, ut historiam perscrutati dicerent, hominib
praeclaris, qui domi militiaeque rebus egregie gestis exc
luissent, Deorum nomina esse indita. Euhemerum q
dem accusat omnem prorsus religionem subvertisse, cu
superstructam eam jactaret nominibus virorum eximioru
qui pace aut bello gloriam essent nacti, eamque sententia
magnae turbae hominum improborum mirifice placuisse [19]
Denique sententia reprobatur eorum, qui res sacras omn
inventas putarent a civitatum conditoribus, propterea qu
hominum animi alias haud faciles essent ad flectendum
obedientiam praestandam [20]). Superstitio autem quam fac
coalescat cum ignorantia atque erroribus, ex eo maxi
cognoscitur, quod homines imperiti plerumque hoc malo
fecti sunt. Tales enim homines cum rerum causas ignore
facile eo ducuntur, ut, si quid praeter ordinem rerum co
munem accidit, odorentur vim aliquam divinam, et volun
tem divinam portendi credant. Itaque perpetuo quoda
Deorum timore constricti tenentur, et barbari praecipue h
metu capiuntur, neque res est inaudita, si, qui reipublic
clavum tenent, talem timorem plebi iniecerunt, ut anim
tractabiles magis redderent paratosque ad obsequendum [21]
Contra qui rerum naturam perscrutantur, superstitione
maxime evertunt, quippe cum vanitatem retegant earu
opinionum metumque inanem tollant. Tametsi inscius non fu
ex diligentiori naturae investigatione pietatis verecundia
damnum saepe cepisse: tamen utramque censuit optime cop

---

18) *Amator.* Cap. 13.: *ὁρᾷς δήπου τὸν ὑπολαμβάνοντα βυθὸν ἡ
ἀθεότητος, ἂν εἰς πάθη καὶ δυνάμεις καὶ ἀρετὰς διαγράφωμεν ἕκαστον τ
θεῶν.*

19) *De Isid.* Cap. 23., ubi arguuntur *οἱ φενακισμοὶ Εὐημέρου τοῦ Μ
σηνίου, ὃς πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης. De plac
philos.* I. 7.

20) *De Isid.* Cap. 72. *De Genio Socrat.* 9. artificium dicitur non inut
πολιτικοῖς ἀνθρώποις, καὶ πρὸς αὐθάδη καὶ ἀκόλαστον ὄχλον ἠναγκασμένοις ζ

21) Vid. *vit. Alexandr.* 75. *Sertor.* 11.: *εὐάλωτον εἰς δεισιδαιμον
φύσει τὸ βαρβαρικόν.* Exempla autem, quam callide plebem deceper
homines astuti, habemus *Lys.* 25., *Themist.* 10.

lari posse; originem enim causasque rerum ex altera cognoci, finem autem, quo tendant, per alteram monstrari, neque ullo pacto consequens esse, ut causa naturali inventa nullum voluntatis divinae vestigium relinquatur[22]). A vana autem atque inepta superstitione, quando Deos metuerunt causa idonea nulla adducti, probe separavit, si qui essent diligentes ac strenui in observandis ritibus atque institutis sacris, quae a maioribus accepissent. Quamobrem Romanos laudibus affecit, quod nihil ex institutis patriis ne levissimum quidem praetermitterent, cum res divinae non obiter essent attingendae, sed naviter et serio peragendae; inde virtutem eorum firmatam esse atque incrementa cepisse, neque superstitionis tamen quidquam irruisse[23]). Hac ductus sententia scientiam quandam statuit esse Deorum recte colendorum, et viros esse singulari rerum divinarum notitia instructos. Hoc modo igitur cum Plutarchus caveret, ne quidquam in religione patria novaretur, superstitionem tamen omnem meticulosam et absurdam exterminandam esse iudicavit.

Porro si quaeritur, quibus auctoribus potissimum opiniones istae emanaverint, haud dubitavit noster respondere, magnam esse culpam penes poetas, qui plena manu tales fabulas sparsissent, in hac quidem sententia Platonis constans sectator. Tres enim discernit quasi factiones eorum, qui cum ceteris in rebus, tum praecipue in rebus sacris duces facti sint ceteris hominibus, tum poetas tum legumlatores et tertios philosophos, qui cum consentiant universi, et Deos esse et venerationem iis deberi, de natura tamen et potentia divina magnopere inter se dissentiant[24]). Poetarum quidem ingenium artemque minus subtiliter aestimavit auctor noster, nec mirabimur, si aetatem, si virum spectamus: imitatores dicuntur rerum omnium, quae sensibus sint

---

22) Cf. *vit. Pericl.* 6., ubi *φυσικός* et *μάντις* inter se conciliantur.

23) Cf. *Marcell.* 5. *Fab.* 4. *Num.* 14.: *Νουμᾶς ᾤετο χρῆναι τοὺς πολίτας μήτε ἀκούειν τι τῶν θείων μήτε ὁρᾶν ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας ἀπὸ τῶν ἄλλων καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν.* Add. *Coriol.* 25, *Aemil.* 3. *Sol.* 12.

24) Cf. *Amator.* 18.

propositae, et proprium id munus habere, ut oblectatione quandam auditoribus pariant, utilitatem vero eam praestar ut facilius per carminum suavitatem praecepta salubria sententiae animis instillentur atque imbibantur[25]), sicut ip amat versus Homeri, Euripidis aliorumque orationi su intexere. Quanquam pauca monet poemata inveniri, quibus ubique sententiae luculentae atque utiles colligantu ideoque copiosius disseruit, quomodo poemata recte esse intelligenda atque explicanda. Ac valde nonnunquam co queritur, poetas in rebus divinis petulantius ludere figmen vanis excogitandis, atque opiniones temere disseminavisse non impias et scelestas, at indecoras atque inhonestas, qu purgandae sint et cohibendae[26]).

Legum et civitatum conditores quid statuerint de reb divinis, non est quod diligentius excutiamus, cum, qui e cellunt inter eos, Plutarcho iudice aut ipsi fuerint philosop aut philosophos sectati[27]). Ad philosophiam igitur tra imus, cum philosophia duce ad theologiam progrediendum perscrutandam atque illustrandam, tametsi eodem modo n hauriunt omnes ex ea, sed simpliciori alii modo, alii alti investigant et ad primas quasi causas adscendunt. Atq philosophia praestat una, ut puras de rebus divinis notion percipiant, quibus solis vis et potestas Deorum vera compr henditur[28]). Proxima sane affinitas intercedit inter pietate et veram cognitionem: beata quippe Deorum vita scientia m xime efficitur, neque vero, cum bona omnia homines a D exoptent, maius quidquam aut sanctius precari possu quam ut clariorem assequantur rerum divinarum cognitione qua veritate cognoscenda hominum animi eriguntur pro modum ad felicem Deorum vitam, eaque pietas verita lumine illustrata longe praestat omni cultu externo et vict

25) *De audiend. poet.* Cap. 3.: ἡ ποιητικὴ ἐστι μιμητικὴ τέχνη. Ibid Cap. 6. *De gloria Atheniens.* Cap. 3., et *μυθοποιία* memoratur Cap. 4.

26) Cf. *de Isid.* Cap. 20. et praecipue *Perjcl.* Cap. 39.

27) Cf. *Lycurg.* 31. *Num.* 20.

28) *Pyth. orac.* Cap. 20. praecipiuntur ὀρθαὶ καὶ καθαραὶ περὶ τ θεοῦ δόξαι. *De Isid.* 11.: τοῦ ἀληθῆ δόξαν ἔχειν περὶ θεῶν, μηδὲν οἰόσ μᾶλλον μήτε θύειν μήτε ποιήσειν κεχαρισμένον. *Add.* Cap. 32. 68.

abstinentia[29]). Itaque quae ferebantur de Diis narrationes, vel a poetis inventae vel alioquin traditae, si repugnarent doctrinae philosophicae, repudiavit eas tanquam inanes et fictitias. Sin res occurreret mira, cui fidem detrectare per testium gravitatem minus liceret, fidem non tamen facilem praestitit, sed causam exploravit aliquam probabilem, cur evenisse tale quid videretur[30]). Quanquam uti philosophia voluit, non tam ad fabulas destruendas et attrectandas, quam ad comminiscendam symbolicam et rituum et mythorum interpretationem. Universum namque cultum externum atque instituta sacra omnia ita arbitratur spectanda esse, ut idonea aliqua ratio inveniatur. Praeceptorum quidem eorum, quae corporis postulant puritatem et maxime temperantiam, utilitas eo modo pendenda est, quod, repressis aut frenatis cupiditatibus sordidis aut vehementioribus, animo sincero et casto licet supremum quasi fastigium et principium rerum omnium meditando et contemplando attingere. Nihil enim deprehendi debet in *ἱερουργίαις* ludi inanis causa effictum, quod probabilem habeat causam nullam, vel ad vitae usum accommodatam, vel ex historia et naturae cognitione desumtam[31]). Multo magis autem in narrationibus mythicis perscrutandis atque enucleandis, quae oblitae quasi et tectae sunt fabulis, veritatem Plutarchus putat indagandam esse et sapientiam protrahendam, quae habitu religionis symbolico quodammodo est occultata[32]. Sed si quis certum aliquod discrimen requirat, ubi symbolica uti liceat interpretatione, ubi mythica

29) Sic *de Isid.* Cap. 2. explicatur nomen Isidis: *ὀνομάζεται Ἶσειον ὡς εἰσόμενον τὸ ὄν, ἂν μετὰ λόγου καὶ ὁσίως εἰς τὰ ἱερὰ παρέλθωμεν τῆς θεοῦ.*

30) Ita sententiam suam saepe eloquitur, v. c. *Mar.* 36.: *πρᾶγμα μυθῶδες*, *Camill.* 5.: *ταῦτα ἐοικέναι δόξει μυθεύμασιν*, *Num.* 15.: *πᾶσαν ὑπερβέβληκεν ἀτοπίαν* etc.

31) *De Isid.* Cap. 2.: *τὸν ἱερὸν λόγον ἡ Θεὸς συνάγει καὶ συντίθησι, καὶ παραδίδωσι τοῖς τελουμένοις Θειώσεως, σώφρονι μὲν ἐνδελεχῶς διαίτῃ, καὶ βρωμάτων πολλῶν καὶ ἀφροδισίων ἀποχαῖς* etc. Ibid. Cap. 8.: *οὐδὲν ἄλογον οὐδὲ μυθῶδες οὐδὲ ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐγκατεστοιχειοῦτο ἱερουργίαις* etc. Add. Cap. 74.

32) Ita explicantur *οἱ ἱεραφόροι* et *ἱερόστολοι*, *de Isid.* Cap. 3.; memoranda autem *Sphingum* interpretatio et *Athenae Saitidis* inscriptio Cap. 9.; symbola autem saepissime proferuntur in *Quaestionibus Graec. et Roman.*

aliqua narratio spernenda prorsus sit et reiicienda, frustr
auctorem nostrum consultabit, qui sensu videlicet suo ductu
decernebat, utrum symbolicam admitteret interpretationen
an supersederet plane eo negotio. At liberam tamen a
gutandi potestatem in symbolica hac interpretatione no
dedit, sed, cum videret, plena mythorum explicandorum pote
state facta, eventurum esse, ut singula quaeque ex illi
sive per vim sive ludibrii causa ad sensum paene quemvi
verterentur, caute agendum esse monuit, ne inutilis qui
ludus fieret neve inani modo acumen mentis exerceretu
Interpretationem ergo haerere noluit in singulis mythoru
locis, sed universam praecepit indolem spectandam esse
postulavitque, ut rationem quisque et iudicium secutus el
geret, quid congruum aptumque videretur; modum igitu
tenendum esse in philosophia applicanda, si quis nexu
facilis et concinnus daretur [33]). Quanquam neque ipse hu
praecepto constanter obsecundavit, et facile intelligitu
quantum quisque ea norma adstringatur. Etenim latu
omnino campus patebat coniecturis in varias partes digre
dientibus, neque ademta erat potestas exspatiandi, quocunqu
libuisset. In hac ergo ambiguitate interpretandi et licenti
illud unum Plutarcho restat, ut philosophiam moneat dili
genter respiciendam esse, eaque praelucente dignosci vult
quae veram contineant sententiam, quae vanitatis sint ar
cessenda [34]).

Nonnunquam quidem difficultatibus ita se sensit impe
ditum, ut viam haberet expediendi sese nullam, ac tutissi
mum censeret in his quaestionibus obscuris et lubricis
iudicium suum suspendere. Vocem Academiae illam
μηδὲν ἄγαν, toto se animo profitetur amplecti ac timid

33) *De Isid.* Cap. 58. Simplicitas doctrinae philosophicae innuitur *de Socr. Gen.* Cap 9., *de Pyth. orac.* 24. — Ceterum si quando Plutarchus libertate interpretationis allegoricae abusus est, excusationem, puto, aliquam habebit ex communi aetatis illius more ac paene necessitudine, qua compellebantur ad hanc interpretationem adhibendam. Vide, quae eruditissime et copiosissime disputavit Lobeckius, *Aglaopham.* I. p. 155 sqq. II. p. 987 sqq.

34) Cf. *De Socrat. Gen.* Cap. 7. oracula, quae philosophiae studium commendant. Add. *Pyth. orac.* Cap. 29. *Consolat. ad Apollon.* (p. 85. ed Basil.)

admodum de rebus divinis statuere, cum multa sint tenebris obducta neque facilem habeant intelligentiam; itaque certam sese doctrinam non ponere, sed satis habere, dummodo probabilem aliquam, et quae ad verisimilitudinem prope accedat, opinionem assecutus sit[35]). Ex quibus dictis nonne consequi videtur, ut nulla sit huius auctoris theologia quaerenda, sed, quamvis sententiae passim inveniantur istuc spectantes, procul tamen ipse abfuerit a certa quadam theologia constituenda? Scilicet quaestiones erant difficiliores, inprimis de efficacia Deorum, qua prospicerent et praeessent rebus humanis, ut cum quaerebatur, quales sumerentur ab impiis poenae: in his quidem non adeo promtum erat decernere aliquid, sed coniecturis tantummodo verisimilitudinem consequebantur. In quibus quaestionibus, nisi quis aut fidem praestaret temerariam traditionibus receptis, aut sibi ipse in mentem aliquid induceret, tutissimus erat receptus ad Academiae illam tesseram, eamque Plutarchus satis caute elegit. Sed tunc demum ad hanc ambiguam se recepit Academicorum disputandi rationem et suspensus iudicii haesitavit, cum argumentum aliquod excuteretur eiusmodi, de quo in utramque partem satis speciose liceret disserere, neque via certa ad litem dirimendam inveniretur[36]). Neque vitio, opinor, quisquam verterit, quod haud inscius difficultatis lubricae, quam quaestiones eiusmodi haberent, neque pietatis studio abductus est, ut scientiam quandam tenere sese simularet, quae nulla esset, neque fabulas eas repudiavit, quae formam doctrinae certae nondum cepissent. Imo vero reprehendit eos, qui causas fingerent et doctrinam aliquam excogitarent, qualis neque competeret menti humanae, neque demonstrari ullo modo posset[37]).

---

35) Notanda sunt inprimis haec loca: *Camill.* 6.: *καὶ τὸ πιστεύειν σφόδρα καὶ τὸ λίαν ἀπιστεῖν ἐπισφαλές ἐστι, — ἡ δ' εὐλάβεια καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἄριστον. Coriolan.* 38. *De ser. Num. vindict.* 4, et 14.: *ἐν σκοτεινῷ καὶ πολλοὺς ἑλιγμοὺς καὶ πλάνας ἔχοντι τῷ περὶ τοῦ θεοῦ λόγῳ καθοδηγῶμεν αὐτοὺς μετ' εὐλαβείας ἀτρέμα πρὸς τὸ εἰκὸς καὶ πιθανὸν.*

36) *De defect. orac.* 37.

37) Cf. *De Pyth. orac.* 29.

Sed ingenium Plutarchi male omnino perspexerit, qui pro pensum adeo ad viam Scepticorum existimet; exceptis enim locis illis perpaucis, ubi per argumenti obscuritatem iudicium suum retinet, candido certe ac firmo animo causam religionis patriae tuetur.

Jam vero si longissime abfuit, ut veritatem omnem de rebus divinis occultam putaret, fundamentum ipsum eius cognitionis, quam de Diis informatam habent homines, aperiendum atque explorandum est. Laudatur interdum consensus gentium in ea sententia, quam de Diis teneant: sed unde hic consensus exstitit [38])? Legitur locus gravissimus in libri: *de sera Numinis vindicta*, Cap. 5. et 6., ubi memoratur affinitas quaedam Deorum hominumque, tametsi agitur ibi de virtute humana perfectionis divinae aemula, nec vero de ea cognitione, quae ad res coelestes pertineat. Non est huius loci disquirere, num virtutis sit ulla praestantia sine cognitione numinis divini, neque movebimus quaestionem eam latissime patentem, sed doctrinam Plutarchi enucleabimus. Secutus est illo hoc quidem loco Platonis doctrinam, qui virtutem humanam docuit conformari oportere ad exemplar divinum, ortas autem esse ex mente divina supremas intellectus humani notiones. Cum ita doceret, innatam quandam statuit esse atque insitam menti humanae de rebus divinis cognitionem, obscuriorem eam quidem atque obrutam paene multitudine rerum externarum sensibus ubique irruentium, sed quae purgaretur atque excoleretur philosophiae studio aliisque exercitationibus animum altius evehentibus. Sed disertis etiam Plutarchus dixit, hominum animas progressas esse ex Deo, ut hanc vitam sortirentur, ubi certe non procreatas solum dicit voluntate divina, sed etiam participes esse naturae divinae, quatenus quidem mente et ratione sunt praeditae [39]). Etenim vanum omnino atque inane nomen foret

38) Respicimus praecipue κοιναὶς προλήψεις περὶ θεῶν, quae memorantur *adversus Stoic.* Cap. 31.

39) *De ser. vindict.* 5.: πάντων καλῶν ὁ θεὸς ἑαυτὸν ἐν μέσῳ παράδειγμα θέμενος, τὴν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν, ἐξομοίωσιν οὖσαν ἀμωσγέπως πρὸς αὐτὸν, ἐνδίδωσι τοῖς ἕπεσθαι θεῷ δυναμένοις. Add. Cap. 6., et 20.: ὁ θεὸ

quod saepe vocitatur λόγος θεῖος[40]), si nihil indicaret aliud, nisi quod a Diis esset datum; quid enim a potentia Deorum quasi exemptum est? Sed ratio appellatur divina, quatenus homini pro facultate eius scientia quaedam atque studium rerum divinarum concessum est. Hic est fons primarius, unde cognitionem Deorum hauriunt, hominesque ut rationis sunt participes, ita notionem quandam Deorum acceperunt.

Restat, ut quaeramus, quid tegmentis et velaminibus opus fuerit ad veritatem vel obscurandam vel supprimendam. Commemorat Plutarchus metum quendam Aegyptiorum, ne res sacrae nimis nudarentur et vulgarentur, unde mythicam speciem assumtam, eamque symbolicam rationem a Pythagora etiam receptam esse. Theologos etiam dicit, ne multitudini doctrinam suam palam exhiberent, fabularum ornatu usos esse atque imaginibus sententias suas involvisse[41]). Unde efficitur discrimen quoddam inter religionem ἐσωτερικὴν atque ἐξωτερικὴν, quam dicunt, cum imprudentior multitudo haberetur, quam quae veritatem sine velamine caperet: quod discrimen necesse paene fuit temporis progressu erumpere, postquam philosophia aliquantum discessit ab mythologia ista, quam publice tradebant. Sed Plutarchus, qua erat ductus erga religionem patriam verecundia, nec minore philosophiae studio accensus, non tam dissidium utriusque vidit, quam copulationem facilem via symbolica instituendam. Ceterum arcana etiam mysteriorum

---

οὐκ ἀγνοεῖ δήπου τὴν ἑκάστου διάθεσιν καὶ φύσιν, ἅτε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αἰσθάνεσθαι πεφυκώς. Huc quoque pertinet *de Isid.* Cap. 2., ubi admonet, ut notitiam rerum divinarum ab Diis petant, nam θειότητος ὄρεξίς ἐστιν ἡ τῆς ἀληθείας, μάλιστα δὲ τῆς περὶ θεῶν, ἔφεσις.

40) Cf. *De Isid.* 68., *de virtut. moral.* 11. et saepe. Ceterum nihil proficimus ad sententiam Plutarchi illustrandam ex *Placit. philos.* I. 6., ubi haec est inscriptio: πόθεν ἔννοιαν ἔσχον θεοῦ ἄνθρωποι, quia farraginem modo accipimus placitorum aliorum.

41) Cf. *de Ei*, Cap. 9., ubi οἱ σοφώτεροι κρυπτόμενοι τοὺς πολλοὺς dicuntur verbis aliis uti. *De Isid.* 9.: φιλοσοφία ἐπικεκρυμμένη τὰ πολλὰ μύθοις καὶ λόγοις etc. Abunde autem docuit Lobeckius, quam late patuerit vocabulum μυστικὸν, *Aglaopham.* I. p. 85 sq., cuius usus apud Plutarchum non nimis frequens est.

doctrina initiatus erat, quam inter vulgus differre non licere ut pluribus locis prodidit [42]). Composuit ipse quoque na rationes quasdam mythicas, Platonicis admodum simile ubi videlicet diffideret certam ex philosophia doctrinam co stitui posse. Attinguntur enim argumenta eiusmodi, de quibu cum philosophia explorati quidquam suppeditare non posse coniectandi solum et suspicandi potestas supererat. Agitu autem potissimum de modo eius communionis, quae interced inter homines et daemones, deque eo nexu, qui coniung praesentem hanc vitam cum futura, ubi materies satis c piosa divinationi et coniecturae suppetebat [43]). Sed cu pateat, narrationes Plutarchi ad exemplar mythorum Platon corum conformatas esse, discrimen tamen etiam sat magnum notandum est. Plato enim quamvis imaginibu variis sortem futuram exornasset vitaeque illius conditione copiosius descripsisset, gravissime tamen praecepit, u missо argutiori rerum absconditarum studio, philosophia unam adamarent et sapientiam studiose sequerentur [44]

42) Cf. *de Isid.* Cap. 35., ubi inferuntur τὰ Ὀσιριακὰ ἱερά (add. Ca 25.), et *Consolat. ad uxor.* 10., ubi τὰ μυστικὰ σύμβολα τῶν περὶ τ Διόνυσον ὀργιασμῶν proferuntur.

43) Tres inveniuntur apud Plutarchum longiores narrationes mythica prima in libr. *de fac. lun.* Cap. 26 sq. Regiones primum describuntur longin quae, ἀντίχθονα quandam efficientes, ubi et homines versantur literis egregi exculti, et daemones custodiunt *Saturnum*, cuius saepius meminit Plutar chus, ut *de defect. orac.* 18. Dein hominis natura in tres partes: corpus animam et rationem, dividitur, et accuratius Plutarchus exponit, unde ha partes singulas homines acceperint, et quomodo post mortem redditu sint. Multa autem de potestate Deorum, multa de daemonibus et de deribus adiiciuntur. — Altera est narratio, *de Gen. Socr.* Cap. 22., u juvenis quidam, Trophonii antrum ingressus, corpus reliquisse anim que per regiones superas vagatus esse dicitur. Narrantur ibi multa insulis splendidis in aëre natantibus; postea vero animorum humanoru cum daemonibus affinitas latius monstratur. Tertiam narrationem habemu in libr. *de ser. vindict.* Cap. 22.: homo perditus quidam, cum incidisset i morbum gravem, et abductus esset animus eius ad visendas poenas eas e castigationes, quae post mortem impiis destinatae essent, repente traditu magnam morum commutationem fecisse vitamque postea sanctam egisse Similes fictiones collegit ibi Wyttenbachius.

44) Breviter egit de mythis Platonicis Marx, *Freiburger liter. Blätter*

Plutarchus vero operam suam eo maxime contulit, ut regiones occultas illas illustraret, notitiamque aperiret eorum, quae ultra huius vitae terminos extenduntur; philosophiae autem commendandae et veritati certae praedicandae non adeo consuluit. Versatus omnino est in mythis iis, quos a Platone acceperat, supplendis quasi et latius diducendis, ut cognitionem panderet copiosiorem et temporum et locorum tenebris involutorum. Maxime autem ita discessit a Platone, ut, quae ad animum solum pertinerent, imaginum involucris et fictionibus ad sensus quasi traheret oculisque spectanda praeberet[45]). Quem cum mythorum habitum sectaretur, ingenium certe prodidit saeculi sui imagines adamantis et philosophiam amplectentis populorum Orientalium. Praeterea autem haec consuetudo notiones altiores investiendi mythis et figmentis variis cum pio illo studio religionis veteris resuscitandae et stabiliendae egregie conveniebat; et cum tenuis admodum esset notitia rerum physicarum atque imperfecta totius mundi contemplatio, facilius in iis phantasiae somnia admittebantur et confunde-

---

T. II. Nos quidem, missis ceteris mythis: de cicadibus, Musarum amicis, *Phaedr.* 41., de *Thamo*, literarum aestimatore, ibid. 59., de *Amoris* parentibus, *Sympos.* 23 sqq., et similibus, ad eos attendimus mythos, in quibus Plato imaginem quandam rerum post mortem futurarum adumbravit. Itaque in mytho illo celeberrimo, *Phaedon.* §. 132—145., postquam singularem dedit terrae notitiam, et hominum sortem deinceps enarravit, denique gravissime hortatur, ut philosophiae strenue omnes studeant et praemia proposita reportare contendant. Nec vero aliter in *Gorgia* 79 sqq. iudicium hominum post mortem descripsit; monet etiam hoc loco, ut virtutem quisque summopere sectetur. Inprimis autem in mytho illo suavissimo, *de republ.* 10, 13 sqq., ubi plurimum ex publica Deorum doctrina assumpsit, cohortationem adiunxit gravissimam, ut scientiam quisque bonorum et malorum quam studiosissime acquireret. Huiusmodi praecepta in mythis Plutarchi nulla reperiuntur.

45) Pertinent huc inprimis, quae traduntur (in mytho illo, *de fac. lun.* c.) de partibus hominis vel ex luna vel sole sumtis, de solis splendore admirabili etc.: quibus multo praestat venusta et egregia Platonis narratio de biga animi, *Phaedr.* 25 sqq. Addatur etiam descriptio illa vivida et coloribus variegata, quomodo animi impiorum puniantur, *de ser. vindict.* cap. 22.

bantur res diversissimae. Minus quidem diiudicari potes ecquid in his rebus Plutarchus hauserit ex arcana mysteri rum doctrina, qua imbutus erat, quanquam hausisse eu propter mentionem mysteriorum passim obviam non impr babile videtur[46]). Tantum vero ex his omnibus conficitu ut, quamvis interpretationem symbolicam placuisse Plutarch appareat, non tamen praeter modum exercuisse eam arguatu

2) *De natura divina.*

Patet ex superioribus, Plutarchum neque contentu fuisse narrationibus mythologiae simpliciter reddendis, neq doctrinam philosophicam ita secutum esse, ut tradition mythologiae sperneret, sed, quantum fieri potuit, mytho giam coniunxisse cum doctrina philosophica. Quod phi sophiae Platonicae maxime assensit, mirum non videbi reputanti et universam eius philosophiae indolem, religio alendae et firmandae satis idoneam, et formam illam myt cam et symbolicam, qua Plato uti consuevit[47]). Ins tuenda autem hac theologiae pertractandae partitione se tentias Plutarchi satis commode comprehendi atque dispu posse arbitramur, ut primum de natura divina, qualis sit quantopere ceteris praecellat animantibus, exponamus, u sententiae Plutarchi de diversis Numinum superiorum gen ribus simul monstrandae sunt. Dein transgredimur potestatem divinam monstrandam, quae vim suam et rebus humanis et mundo universo exercet. Tertio aut loco reservandum videtur, quod statuit Plutarchus institutis quibusdam religionis publicae, quae maxi praesentiam Deorum rebus humanis prospicientium dec

46) Nam quod lunam saepissime introducit, optime convenit cum hym Orphicis. Vid. Lobeckius, *Aglaopham.* I. p. 500.

47) Animadvertit Neander, *Kirchengesch.*, T. I. p. 31 sqq., philos phiam Platonicam pergratam fuisse hominibus iis, qui sensu quodam re gionis ducerentur, quia doctrina illa desiderio eorum maxime satisfacer Add. Neander, *Ueber den Kaiser Julianus*, p. 17. Neque vero laud immeritam Tholuckius, lib. c. p. 101 sq., Plutarcho attribuit, quod i timus eius animus sensu religionis candido moveretur.

rarent, quia copiosius et diligentius in his rebus explicandis versatus est.

Quum meditatione etiam perexigua de rebus divinis homines necesse esset eo duci, ut Deum agnoscerent unum atque supremum, quaerendum nobis est in principio, num unum aliquem eumque supremum moderatorem rerum omnium Plutarchus aperte posuerit, quamvis studio pietatis ductus venerationem Deorum patriorum alioquin maxime tueretur. Adsciscendus est hic potissimum locus insignis ex libro *de Ei ap. Delph.* Cap. 18 sqq., ubi disseritur de eo discrimine, quod intercedat inter naturam divinam atque humanam, neque summatim modo aut leviter Ammonius (cuius nomine Plutarchus ipse uti videtur) hanc rem attigit, sed discrimen intimum persecutus est. Contendit igitur, male dici de natura humana, quod vere unquam sit, quae continuo quodam mutationum flumine agitetur, neque unquam consistat; sin quid medium semper locum teneat inter vicissitudines oriendi atque occidendi, id nunquam pervenire eo, ut vere sit. Contra numini divino docet haec tria convenire: primum quod sit extra omne tempus, nec commune quidquam habeat cum temporis vicissitudine, sed eadem immutabili praesentia omne aevum quasi expleat; dein quod partes habeat nullas, cum partium diversitas omnis inferat aliquid, quod non sit; tum vero quod purum et sanctum sit, quia mixtio omnis omnia corrumpat atque inficiat[48]). Haec igitur natura divina, quae pura est et simplex neque ullam admittit varietatem, vix potest ita dissipari et dirimi, ut pertineat ad multitudinem ullam Deorum. Atque diserte etiam Plutarchus professus est *de Isid.* Cap. 67., unam esse rationem et gubernationem rerum, cui omnia obsequerentur[49]). Itaque, praesertim cum reputamus, doctrinae Platonicae Plutarchum esse amantissi-

48) Locus est inter eximios Plutarchi. Cap. 19. legimus: *τὸ ὄντως ὂν ἔστιν τὸ ἀΐδιον καὶ ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον,* — cui opponitur hominum fragilitas et mutatio continua secundum Heraclitum.

49) Verba sunt haec: *ἑνὸς λόγου τοῦ ταῦτα κοσμοῦντος καὶ μιᾶς προνοίας ἐπιτροπευούσης, καὶ δυνάμεων ὑπουργῶν ἐπὶ πάντα τεταγμένων, ἕτεραι παρ' ἑτέροις κατὰ νόμους γεγόνασι τιμαὶ καὶ προσηγορίαι.*

mum, evidens satis ac manifestum iudicamus, unum quod dam numen divinum atque supremum ab auctore nostro in fastigio rerum collocari. Quod cum dubium nullo pacto vi deri possit, porro quaerimus, quomodo cum hac philosophia sententia liceat multitudinem Deorum istam consociare, quam mythologia publica obtrudebat. Neque enim pietatem Plutarchus unquam simulavit, sed studio sincero id egit, u nihil intercederet dissidii inter doctrinam philosophicam e cultum Deorum, et Stoicos acriter impugnavit, quod nomin ac specie tenus Deos relinquerent, re vera tollerent[50]. Satis clare autem sententiam suam in libello *de fato* in dicavit[51]): supremum enim locum uni Deo attribuit tam quam principi rerum omnium, qui procul abesset ab om mundi contagione; subditi huic sunt Dii reliqui, secundu ordinem ab summo illo moderatore constitutum singul mundi partes administrantes; tertii tum accedunt daemon proxime terram versantes et rebus humanis praeposi Deum illum supremum etiam *Jovis* nomine ornavit, neq obstitit sane mythologiae traditio, quo minus insignis quaeda prae ceteris Diis potentia Jovi attribueretur[52]). Confirmat igitur etiam hac huius auctoris opinione, quod observav Ritterus[53]), veteres, quamvis unum quoddam nume divinum agnoscerent, admodum tamen proclives fuisse a partiendam potentiam divinam et plures Deorum ordine discernendos. Sin *Apollinem* Deum facit excellentem sa pientia omni et scientia, et cavendum diligenter putat, n hic Deus confundatur unquam cum solis imagine ea, qu ante oculos versatur, sententia ea haudquaquam petita vid

50) *De repugn. Stoic.* Cap. 40. et plura posthac.

51) *De fat.* Cap. 9., quae postea diligentius sunt enucleanda.

52) *De defect. orac.* 29.: τὶς ἀνάγκη πολλοὺς εἶναι Δίας, ἂν πλείο ὧσι κόσμοι, καὶ μὴ ἕνα τῶν καθ' ἕκασον ἄρχοντα πρῶτον καὶ ἡγεμόνα τ ὅλου θεὸν ἔχοντα καὶ νοῦν καὶ λόγον, οἷος ὁ παρ' ἡμῖν κύριος ἁπάντ καὶ πατὴρ ἐπονομαζόμενος? Poterat hic *Jupiter* certe eximium super ceter locum obtinere.

53) Vide Commentatio eius: *Allgemeine Betrachtungen über den Begr und den Verlauf der christlichen Philosophie*, in: *Theologische Studien u Kritiken*, 1833. 2. Heft, p. 265., ubi animadvertit, ordines Deorum plur ab omnibus fere philosophis veterum poni.

tur ex traditione vulgari, sed mysteriis duntaxat debetur[54]). Jam vero si diligentius inquiramus, quaenam intercedat necessitudo inter Deum supremum illum et reliquos nominis divini participes, frustra Plutarchi libros excutimus. Sed ex doctrina reliquorum aequalium[55]), qui ad eadem dogmata vergebant, coniicimus, ita eum statuisse, ut ex supremo illo Numine reliquorum ordines deinceps emanasse vel quocunque modo progressos esse crederet. Deficit hanc quidem opinionem intelligentia clara: sed alia videlicet via non aderat, qua multitudo ministrorum eorum cum summo rectore connecteretur. Atque haud scio an consulto fecerit Plutarchus, quod de hac re obscura et ancipiti nihil in medium proferre conatus est.

Misso autem discrimine eo, quod Deum supremum super Divos inferiores evehit, ex aliis Plutarchi locis colligere pergemus, quaenam sit naturae divinae praestantia. Perfecta atque beata appellatur natura divina[56]), quo nomine

---

54) Vid. *de Ei ap. Delph.* Cap. 20. nomen Φοῖβος i. q. καθαρός, ἁγνός. Add. *Amator.* 12., item 19., ubi mythos Platonicos explicat. *De defect. orac.* 42. Cf. Lobeckius, *Aglaopham.* I. p. 78. Ceterum de munere *Apollinis* salutari optime disseruit Baur, *Apollonius von Tyana und Christus*, in: *Tübinger Zeitschrift für Theologie*, 1832, 4. Heft p. 168 sqq.

55) Ita tradit de doctrina horum Platonicorum Tzschirnerus, *Fall des Heidenthums*, p. 134 sqq., Neander, *Kirchengeschichte*, I. p. 35 sqq.

56) *De Isid.* Cap. 20.: μακαρία καὶ ἄφθαρτος φύσις, καθ' ἣν μάλιστα νοεῖται τὸ θεῖον. *De defect. orac.* 8. Ibid. 20.: ἔδει ἐν τῇ φύσει τοῦ μακαρίου τὸ ἀπαθὲς καὶ ἄφθαρτον εἶναι. — Vehementer autem Plutarchus contra Stoicos pugnat, quod Deos faciant φθαρτοὺς καὶ γεννητούς. *De repugn. Stoic.* 38. doctrinam Antipatri Tarsensis et Chrysippi inter se committit: prior ille Deos esse censuit beatos, benignos neque exitio obnoxios; Chrysippus contra duo introduxit Divorum genera, aliorum, qui nascerentur et rursus interciderent, aliorum, qui immortales vere essent. Unde Stoicos dissidere inter se manifestum erat. Atqui οἱ ἄθεοι ipsi, inquit *contra Stoic.* Cap. 31., non negant Deos esse immortales, sed, quia immortale nihil deprehendunt, Deos esse negant. Nisi forte tale quid commenti sunt Stoici, ut Deus sit οὐ θνητός, ἀλλὰ φθαρτός, unde necessario sequitur, ut Deus sit ἢ ἀθάνατος ἅμα καὶ φθαρτός, ἢ μήτε θνητὸς μήτ' ἀθάνατος. Illudit etiam doctrinam illam Stoicorum, quod astra θεῖα conferant ad ultimam rerum deflagrationem atque interitum suum praeparent. Vituperat porro Stoicorum doctrinam, quod tollant τὸ

excludi censemus inopiam omnem et quodcunque imbecillum est atque caducum, omnem autem praestantiam et bonorum omnium possessionem de natura divina praedicari. Quapropter neque obstare quidquam voluntati divinae aut coercere Deum potest, ne vita beata illa diminutionem ullam patiatur ac debilitetur: sed potentia maxima Deo est attribuenda, ut clare profitetur in *vitae Aristidis* Cap. 6. Quanquam difficultatis quiddam hic obiicitur propter materiae naturam, turbarum et malorum genitricem, de qua posthac disserendi locus erit. Itaque cum Deus neque externae ulli obediat necessitati, neque in partes dissecari queat, tum spiritualis certe habenda est natura divina eaque perfecti animi facultatibus praedita. Quae virtutes naturae divinae passim memorantur, atque inprimis Plutarchus extulit scientiam divinam, quae res omnes complecteretur nullis tenebris involuta, vitamque Deorum beatam dixit maxime propterea, quod plena et perfecta gauderet rerum omnium cognitione[57]). Accuratius quidem hanc scientiam definire non licet, cum nihil Plutarchus literis prodiderit, neque nostrum sit coniectando operam insumere. Laetam tamen eam spem hominibus proponi fatetur, fore aliquando, ut laxati a corporis vinculis animoque solo vigentes perfectiorem quandam scientiam apud Deos adipiscantur[58]). Cognoscenda iam est virtus divina, quae quidem proprio sensu dicitur: hac enim Deum magis praestare dicit, quam immortalitate sua atque potentia[59]). Nimirum vacuo etiam spatio atque elementi-

---

εὔδαιμον καὶ μακάριον καὶ αὐτοτελές naturae divinae, cum reliqui Dii perpetuo quodam alimento indigeant, atque *Jupiter* solus et mundus αὐτάρκεις subsistant. (*De repugn. Stoic.* Cap. 40.) Denique perstringit elatum Stoicorum animum, qui nolint sapientem infra beatam *Jovis* vitam collocare, sed aequa sorte utrumque gaudere existiment. Acerbius interdum quam verius contra Stoicos disputavit, quanquam non tam iniquo contra eos fuit animo, ut fructum egregium negaret ex hac doctrina percipi posse si vir magno et alto ingenio praeditus eam perciperet. Cf. *Cleomen.* 2.

57) *De Isid.* 1. ita statuit: τοῦ γινώσκειν τὰ ὄντα, καὶ φρονεῖν ἀφαιρεθέντος, οὐ βίον, ἀλλὰ χρόνον εἶναι τὴν ἀθανασίαν.

58) Cf. *de Isid.* 79.

59) Cf. *Aristid.* 6.: σεμνότατον ἡ ἀρετὴ καὶ θειότατόν ἐστι.

rerum contingere, ut non deleantur; magnam autem potentiam in terrae quoque motibus et fulguribus, in ventorum impetu et rapido fluviorum cursu conspici; iustitiam vero et sanctimoniam largiri Deos iis modo, qui rationis et mentis sint participes. Quapropter cum ita affecti sint homines adversus Deum, ut aut desiderio quodam, aut metu, aut verecundia ducantur, beatum quidem eum praedicari propter naturam immortalem, timeri propter potentiam maximam, coli autem atque amari propter iustitiam singularem. Nihil est, quod hic moremur circa eam quaestionem, num facultatem scientiae Plutarchus minoris fecerit, quam potestatem agendi: utramque rationi insitam et arctissime connexam putavit, sed longissime certe abfuit, ut momenti quidquam virtuti morali detraheret. Egregie autem animadvertit, Jovi iustitiam non esse extrinsecus quasi additam, sed Jovem esse quasi iustitiam ipsam legumque omnium sanctissimam et antiquissimam, cum virtus stabilis et perpetua Deum maxime exornet [60]). Atque homines quidem virtutis divinae aemulos et praecipue benignitatis divinae sectatores benevole ab eo adiuvari et, quoad fieri possit, iustitia et mansuetudine divina donari. Contra severe arguit eorum perversitatem, qui posthabeant virtutem, quae una sit ex bonis Deorum hominibus concessa. Ubi videmus, iustitiam Deorum non esse rigidam quandam et terribilem, sed caritate et amore quasi temperatam. Quapropter *Amori* etiam potestatem suam serio putat vindicandam esse, quia, cum omnia fere vitae negotia et munera divino aliquo gaudeant patrocinio, haud deceat omnino, si caritas hominum suavissima et copulatio arctissima sine cura Deorum relinquatur [61]). Benignitas Deorum autem ita etiam se exserit, ut Deus homines probos et egregios in vitae negotiis rebusque feliciter gerendis iuvet atque erigat [62]). Collegimus ergo et in conspectu quodam

60) *Ad principem indoct.* 3. et 4. Ibi Cap. 3. haec: ὁ Θεὸς μεταδίδωσι τῆς περὶ αὐτὸν εὐνομίας καὶ δίκης καὶ ἀληθείας καὶ πραότητος, ὧν θειότερον οὐ πῦρ ἐστιν, οὐ φῶς, — οὐ τὸ ἀίδιον καὶ ἀθάνατον.

61) Cf. *Amator.* 14. 15.

62) Cf. *Compar. Lucull.* 3. *Pericl.* 13. Praetermittere hoc loco no-

posuimus, quae de natura divina passim praedicantur apu Plutarchum, et quamvis haec doctrinam plenam et cohae rentem non constituant, satis tamen sunt ad naturam divi nam clariori in luce collocandam et sententias auctoris di spiciendas. Desideret fortasse aliquis nomina ac muner Deorum diversorum, quae tradebantur ab antiquis aliqu modo a Plutarcho distingui et causis ac rationibus appositi defendi. Neque desunt omnino conamina eiusmodi, ubi pote statem Deorum singulorum distribuit quodammodo atque as seruit, ut cum *Proserpinam* et *Cererem* lunae et terrae ad scripsit (in mytho illo *de fac. lun.* Cap. ult.), et *Amor* potestatem defendit aliaque exempla. Sed ipse videlicet ser sit, nullum hic esse doctrinae certae locum, sed, cum poeta maxime imaginibus variis mythologiam implevissent, caver dum esse praecipue, ne quid indignum Diis traderetu Quare neque limites certos inter ordines Deorum constituer aut potestatem singulorum diligentius monstrare aggressu est; in nomine *Apollinis* autem sancte colendo praecipu ostendit, quam diligenter macula omnis et prava opini ab veneratione Deorum avertenda esset[63]). Opinionem namque eorum, qui solem et *Apollinem* pro uno numine haberent, intente studet diluere, quia nulla Apollini sit cum corpore communio, sed vis huius Dei ad animum solum per tineat. Similitudinis sane quiddam intercedere inter solem atque Apollinem, propterea quod, sicut solis luce oculi collu strati res externas cernunt, ita Apollinis instinctu altius evehatur animus et augurando res futuras praecipiat. Ita que solem quidem suspiciendum esse velut imaginem beatae illius naturae, qua Apollo ipse excellit: sed quidquid muta bile sit atque imperfectum, ab nomine huius Dei prorsus

---

lumus, quod animadvertit Schlosserus, *Geschichte der alten Welt* Tom. III. P. 2. p. 180., Stoicos posteriores doctrinam suam rigidam ali quanto leniisse et praecipue Deorum amorem praedicare. Quod haud scio an vis Christianae religionis iam moverit. Ceterum singulari modo Plutarchus nominibus harum virtutum utitur ad causam τοῦ πολυθέου agendam, v. c. *de defect. orac.* 24. Vid Neander, *Ueber den Kaiser Julianus*, p. 28.

63) Cf. loca Not. 54. citata.

esse segregandum. Praecipue autem daemonum nomine usus est Plutarchus, ne quid indignum Diis admitteretur, sed quidquid foedum aut turpe de Diis traderetur, ad naturam daemonum imbecillem et imperfectam recideret [64]).

Permulta sane ex libris Plutarchi colligi possunt de hoc daemonum genere: sed silentio non possumus praetermittere, caute omnino Plutarchum agere in hac doctrina proponenda. Neque enim inscius fuit, rem esse obscuram et fidei dubiae, quare ipse pro certo atque explorato statuere quidquam minus ausus est, ubi quaereretur de natura et officiis daemonum, sed contentus plerumque fuit sententias aliorum percensuisse et reddidisse [65]). Quanquam non adeo tenax fuit scrupulorum, aut ambiguus haesit, ut iudicium suum plane suspenderet: sed quam in partem ipse propenderet, tum crebrae ostendunt de daemonibus quaestiones, tum quod in libris historicis saepissime sine ulla dubitatione daemonum mentio iniicitur. Regressus igitur ad Graecorum priorum hac de re sententias et commenta (quamvis persuasum habeamus, novum illa aetate momentum et vim novam his opinionibus accessisse a populis Orientis, affirmare quidem dubitantes de prima origine, quae est obscurior), Homerum notat nullo paene discrimine θεούς appellare aut δαίμονας [66]). Hesiodus postea claro et distincto modo quatuor introduxit genera eorum, qui rationis essent compotes. Secundum Deos enim, qui principem tenent locum, proximi sunt daemones, quos excipiunt heroes, atque ultimo loco homines numerantur; neque ita haec genera divisa sunt, ut transitus nullus detur ex loco inferiore ad superiorem: sed qui daemones virtutem praestiterunt puram et sin-

---

64) Diserte hoc eloquitur *de Ei* Cap. 21., *de defect. orac.* 15.

65) In libro *de defect. orac.*, ubi plurima proferuntur de daemonibus, Cleombroto cuidam hanc disserendi materiam Plutarchus attribuit; hic autem, sicut Plutarchus ipse in libro *de Iside*, sententias priorum auctorum percenset.

66) *De defect. orac.* 10. Sed acutissime observavit Nitzschius, *Anmerkungen zur Odyssee*, I. p. 89., δαίμονας ab Homero plerumque usurpari, si quid insolitum evenerit.

ceram, ad Deorum dignitatem provehuntur; sin malis infec
sunt cupiditatibus, ad vitam humanam rursus descendur
Infra Divos autem daemonibus est locus assignandu
propterea quod et geniti sunt neque a morte exemti [67]
Quam cum tradidissent antiqui opinionem, animadverterun
etiam diversam corporum coelestium naturam optime cu
ea partitione congruere. Simulacra enim quaedam trium i
lorum generum: Deorum, hominum atque daemonum,
natura ipsa oculis nostris proponuntur, cum sidera quide
lucida et clara tanquam imagines Deorum nobis obverse
tur, alia autem visa coelestia, repentina et quae cito inter
dunt, naturam mortalem referant, et luna denique, plurim
percurrens mutationes et mixta propemodum ex utraq
natura, naturae daemonicae reddat effigiem [68]). Dupl
autem et diversum genus daemonum dignoscitur, quip
quorum natura pura nondum sit neque perfecta: alteru
bonorum, in quibus parum adhuc restitit cupiditatis humi
et pravae, alterum malorum, qui immani saepe et turb
lento impetu prorumpunt [69]). Et munus illud quidem in
positum est daemonibus, medium tenentibus inter De
hominesque locum, ut tanquam Deorum agant ministri atq
interpretes, quorum interventu efficitur, ut neque omnis in
ter Deos hominesque coniunctio dissolvatur, neque vit
negotiis et rebus humanis Dii implicentur [70]). Etenim D
neque ex propinquo adsistunt rebus humanis, auctor
Cleombroto, neque vero nullam habent oraculorum
mysteriorum curam, sed daemonibus utuntur ministris

67) Pertinet huc mira narratio illa de interitu Panis, *de defect. ora*
Cap. 17., unde satis concludimus, quantopere homines illius aetatis p
pensi fuerint ad superstitionem fovendam.

68) *De defect. orac.* 13. Sententiam autem illam de adscensu h
minum ex conditione sua inferiori ad felicitatem Deorum per singu
los gradus heroum et daemonum Plutarchus aperte amplectitur in *v*
Romul. 28. Quanquam omnem corporis contagionem excludit, sicut *Num.*
Add. *Pelop.* 16.

69) Cf. *De Isid.* 25.

70) *De defect. orac.* 13. asseritur ἑρμηνευτικὴ καὶ διακονικὴ φύσις τ
δαιμόνων.

ediatoribus, per quos et sacra illa rite serventur et vin-
cta delictorum exigatur. Singularem quandam de officiis
emonum propitiorum narrationem schola Pythagoreorum
aebuit[71]). Ad daemones malos autem trahenda sunt, si
ne peraguntur sacra foeda et turpia vel etiam crudelia,
eosque reiicienda est macula omnis et nota turpitudinis,
qua in Diis ipsis resideat[72]). Quodsi saepissime dae-
ones isti mali commemorantur, mala parantes hominibus
que insidias struentes, sumsisse eos videtur ex mythis
pulorum Orientalium. Neque enim in narrationibus Grae-
rum superiorum daemones deprehendi videntur tanquam
alorum auctores, et Plutarchus in mythologia Aegyptiorum
plicanda cum daemonum nomina adscivit, tum ad su-
emam quandam malorum causam adscendit (ut postea
plicandum est)[73]). In vitarum quidem locis plurimis,
i mentio fit daemonum, infesti apparent et perniciosi, qui
sistunt hominum consiliis et voluntatem eorum frustrantur;
usti et propitii si quando occurrunt, munus illud est im-
situm, ut hominum tutelam suscipiant et decreta Deorum
rebus humanis gubernandis exsequantur[74]). At daemo-

---

71) *De gen. Socrat.* Cap. 23.: praesto enim adsunt hominibus vir-
tis amantibus, si quando periclitentur et connitantur contra fortunam
versam aut vitiorum illecebras, eosque adiuvant auxilio suo, ne labantur
alisque succumbant vel externis vel internis.

72) *De defect. orac.* 10. 14. et 20.

73) De Hesiodo quidem taceamus, cum parum compertum sit, unde
eologiam suam hauserit. Menander (fragm. ap. Clem. Alex. *Strom.* V.
260.) novit daemones faustos hominibus adsistentes. In libro *de Isid.*
ap. 27. et 45. *Typhonem* statuit auctor noster malum daemonem esse,
idem atque *Osiridem* ex bonis daemonibus ad divinum honorem pro-
ectos; quanquam pro certo id non affirmat, sed tanquam coniecturam
onit.

74) Cf. narratio singularis illa de daemone malo, qui visus est a
ruto ante pugnam Philippicam, ubi accuratius Plutarchus disserit de
isce daemonibus nec fidem detrahere audet, *Dion.* Cap. 2., *Brut.* 37.
dd. alia loca: *Alex.* 50., *Phoc.* 30., *Fab.* 17., *Pericl.* 34. Aliis in locis
aemones vitae singulorum regendae praepositi esse videntur, ut evincimus
raecipue ex his locis: *Caes.* 69., *Cat. min.* 54., *de fortun. Rom.* 11.,
Galb. 10., *Aemil.* 12.

nes isti mali non videntur missi Deorum iussu, ut poen exigant, sed sua sponte oblectari, si quid calamitatis hom nibus infligant eosque ad perniciem impellant, unde ha scio an originem eorum peregrinam recte suspicemur[75]).

Suboritur hic tamen dubitationis quiddam, quod no nunquam usurpantur nomina τοῦ δαίμονος vel δαιμονίο quando omina mittuntur et portenditur aliquid, aut alio qu piam modo vis superior manifesta est, aliis vero locis τὸ θεῖον, ὁ θεός eadem effecisse dicitur[76]). Cum distinc omnino daemones secernerentur a Diis altioribus, ha facile licuit Plutarcho daemonum nomine ipsam indica Deorum potentiam: sed numquid obstitit, quo minus nomi τοῦ θείου etiam daemones comprehenderentur? Nos quid ita censemus: cum universa haec res claris non posset n certis finibus circumscribi, sed coniecturae fere et augu tionis esset, Plutarchum discrimen illud inter Divos super res atque inferiores non stricte semper tenuisse, sed Div ipsos propius interdum ad hominum curam admoviss quanquam fieri etiam potuit, ut nomine communi ponens daemones non excluderentur. Certe enim Plutarchus, qua tumvis operam daemonum usurparet, longissime tam abfuit, ut Deos a gubernatione mundi plane averter Unde scilicet patefieret benignitas et caritas Deorum, ni in sapienti mundi gubernatione conspiceretur? Quapropt vehementer insurgit contra Epicureos, qui ignavam quan dam atque otiosam vitam Diis suis tribuerent, ad qu venerandos homines nullo caritatis momento adducere tur[77]). Itaque cum penderent omnia ex nutu et volunta

75) Cf. Baur, l. c. p. 144.

76) Ita δαίμονες sensu proprio agere videntur *Demosth.* 3., *Sull.* *Mar.* 8. 21., *Aemil.* 24., *Alcib.* 17., *Nic.* 13., *Alex.* 14. 57. Sed etiam τὸ θεῖον simili fere modo appellatur *Lucull.* 10., *Pyrrh.* 29 *Poplic.* 9., *Galb.* 25. — Adiiciatur commemoratio Deorum aliorum *A ton.* 75., *Sull.* 27., *Caes.* 43., Pomp. 68.

77) Pietas laeta animusque Deorum voluntati totus deditus egreg cognoscitur ex iis, quae disputat Plutarchus contra Epicureos in libr *Non posse suaviter vivi sec. Epicur.* Cap. 20—22.: quae loca pietate Plutarchi tantopere commendant, ut velim liceat Graeca verba continua e

supremi cuiusdam moderatoris, cuius decreta reliqui Dii et daemones perficerent, accurate tamen designari fines non poterant, ubi Deorum officia desinerent et daemones agere inciperent, quia res erat citra notiones certas et distinctas posita. Sed cogebatur Plutarchus, qui materiam mali sedem statueret, ministros inferiores quosdam Diis adiungere, qui consilia Deorum in rebus humanis regendis exsequerentur, ne Dii videlicet malorum contagione quadam inficerentur. Adductus igitur est, ut daemonum nomine et opera uteretur, non solum quia evitare vellet offensionem omnem et turpitudinem, quam mythologiae traditiones praebebant, sed multo magis quia nexum arctiorem quendam inter Deos homines-que efficere cuperet. Nam cum sublimiores sanctioresque Dii ipsi haberentur, quam quibus liceret dispositione quadam et inspectione rerum humanarum occupari: nihil aliud restitit, nisi ut daemones intercederent medii, quorum opera et muneribus genus humanum cum Diis iungeretur. Praeterea ut omni tempore, si quod Numen creditur propius, quanquam occulto modo, adesse, cuius metu aut fiducia homines ducantur, maiore quadam vi mens humana allici trahique solet, ita Plutarchi aetate, cum venerationem Deorum aliquamdiu neglectam firmare rursus et commendare studerent, doctrinam daemonicam undecunque adscitam facillime amplectebantur. Adiicimus illud quoque, communem esse populis plerisque cogitationem illam de geniis quibusdam vitae humanae prospicientibus, quia, si longius Dii ipsi distant, vita hominum, tot periculis et calamitatibus obiecta,

---

liberе. Pessime autem facere Epicureos arguit, quod venerationem Deorum maxiam et tristem jactent, et liberatores sese ab hoc metu et sollicitudine promittant. Imo vero per frigidam eorum doctrinam neque in rebus secundis gaudii quidquam sereni et tranquillitatis, neque in adversis solatii et spei relinquitur. Nam si qui sunt, quos metus Deorum cruciet angatque, mala isti conscientia turbantur; quibus satius est metu eo contineri, quam si metu omisso in scelera et facinora prorumpant. At homines plerique omnes nullo tali timore vexantur, sed rebus sacris operantes et propius quasi ad Deos accedentes gaudio fruuntur suavissimo, eaque communi laetitia homines pii omnes inter se iunguntur. — De usu daemonum cf. Tennemannus, *Geschichte der Philosophie*, T. V. p. 257 sqq.

custodiam quandam inferiorum saltem Numinum requir
videtur. Nec vero spes illa de ascensu ad altiorem quand
dignitatem, egressis ex hac vita exspectando, hominum vo
adversatur, sed laeti ac volentes eam captant tenentque.

3) *De gubernatione divina.*

Ex attributis iis, quae praedicantur de numine divi
alia nomine quiescentium distinguuntur, alia vero in actio
constant, quae cognosci atque elucere ex universa rer
gubernatione oportet. Sed cum homines per imbecillitat
suam consilia divina capere mente sua non valeant, et p
tem modo exiguam coniiciendo assequantur: multa nece
erit occurrere, quae ambigua videantur et dubitationem i
veant. Maxime igitur iustitia divina occultari in vita q
tidiana videtur, neque unquam fere homines aut impii
leves atque imbecilli addubitare eam et carpere desieru
quia tanto malorum agmine vita humana obrueretur, ne
probis aut improbis, quae meruerunt, ex aequo retribueren
In quibus rebus, quae dubiae sunt et obscurae, discutien
atque illustrandis cum versari debeat, qui nomina virtu
divinae vana non esse defendit contra obtrectatores eiusm
et calumniatores: Plutarchus quoque, qui sapientiam Deor
et benevolentiam saepissime memoravit, libro singulari ca
sam tueri conatur divinae iustitiae, quae bona aut ma
meritis rependat. Quaestio namque agitabatur ea, n
Deos deceret sapienter gubernantes seram delictorum pa
nam exigere, an vindicta longius dilata eveniret, ut homi
improbi spiritus maiores alerent et pravam sumerent fi
ciam, insontibus autem mala et iniurias perpessis sola
omnia adimerentur. Consequi autem necessario, si lent
Dii agerent et maius interponerent spatium inter scelus a
quod commissum et punitum, ut homines improbi, si qu
casus gravior accidisset, obliti paene culpae suae metu
Deorum ex animo seponerent eumque eventum rebus fo
tuitis attribuerent. Quae cum gravior sit quaestio atq
idonea praecipue ad universam Plutarchi doctrinam ill
strandam: haud abs re fore arbitramur, si summatim ha

lutarchi commentatio percenseatur. Orditur autem quae-
ionem suam[78]) cum modestia quadam et verecundia, quia
onsilia divina hominum aciem plerumque superent nec
ıtis perspici possint. Praeterea illud admonet, ne iustitiam
ivinam spectent tantummodo ex casu aliquo externo, exi-
ım fortasse intuentes hominum flagitiosorum aut poenas
ıte oculos positas, sed ut intimum scrutentur hominum
iorum animum, quem vindicta saepe mordeat tacita, quan-
oquidem scelerum conscii perpetuis contremiscant terrori-
us, neque unquam tranquillitate serena et gaudio placido
uantur[79]). Inprimis autem observandum est, quomodo
lutarchus ipsam divinae iustitiae rationem, ne durior quan-
oque et rigida videatur, lenire quasi et mitigare instituerit.
onit enim in principio, iustitiam divinam medicinae esse
ıstar improborum, qua homines lapsi atque errantes in
iam rectam restituantur, et licet omnes causae huius auxilii
ivini, quo vitiis laborantes allevantur et sanantur, perspici
on possint neque indagari, explicare tamen conatur, quibus
otissimum causis inductus vindictam Deus proferat. Et
rimum quidem ita argumentatur: cum perfectio divina ho-
inibus ad imitandum proposita sit, vindicta divina per
ngius tempus differenda, homines quoque ab impetu ira-
ındiae praepropere ruentis neque tempus ultionis iustum
xspectantis revocari atque absterreri. Neque enim Deus
ehementiori unquam affectu impellitur neque cupiditate in-
igatur, ut temerius agentem postea poeniteat: sed virtutem
vinam maxime decet lenitudo quaedam et patientia, quae
ınctando spatium praebet ad animum virtuti reconciliandum,
ominesque ipsos a via prava reverti sinit[80]). Unde discri-
en satis magnum reperitur inter eam rationem, qua Dii

78) *De sera vindict.* Cap. 4. 14.

79) Ibid. Cap. 9.: *οὐ μετὰ πλείονα χρόνον, ἀλλ' ἐν πλείονι χρόνῳ τιμω-
ıν μακροτέραν, οὐ βραδυτέραν τίνουσιν, οὐδὲ γηράσαντες ἐκολύσθησαν,
λ' ἐγήρασαν κολαζόμενοι.*

80) Ibid. Cap. 5. monet noster, *θεῖον ἡγεῖσθαι μόριον ἀρετῆς τὴν
ıαότητα καὶ τὴν μεγαλοπάθειαν, ἣν ὁ θεὸς ἐνδείκνυται, τῷ μὲν κολάζειν
λγους ἐπανορθοῦσαν, τῷ δὲ βραθέως πολλοὺς ὠφελοῦσαν καὶ νουθετοῦσαν.*

poenas exposcunt atque homines exercent iustitiam [81]): quidem ultra dolorem, quem pravis sontibusque infligan nihil omnino curant; Dii vero exasperari non possunt neq irasci, sed benigne circumspiciunt, ecquam vitii exstinguen et virtutis rursus inserendae occasionem nanciscantur. Q tamen clementia et mansuetudine severum et acre Deoru iudicium non tollitur: verum si qui inveniuntur penitus corru vitiisque oppleti, pravitas eorum et malitia impune non tol ratur, sed casu subito consternatur atque ex medio tollitu Neque homines quidem isti, quibus indulgentia Deorum p cere videtur, inutiles prorsus sunt, sed vel inviti decre providentiae serviunt, quippe quorum importunitate et fa noribus Dii utantur ad ceteros coercendos et terrendos. postquam hunc usum praestiterunt Diis sapientissime om moderantibus, neque frugis melioris quidquam obstin eorum pravitas promittit, certo tunc exitio destinantur [82] Alia accessit quaestio haud levior: si quando poenae fa norum non irrogarentur iis ipsis, qui deliquissent, sed tra mitterentur ad posteros nulla culpa oneratos, annon iniu Dii agere viderentur. Cui quaestioni cum Plutarchus fatere multum difficultatis et obscuritatis obstrui, adhibita tam rerum aliarum similitudine, explorare tentavit Deorum co silia crimenque iniuriarum ab iis repellere. Ubi singul rem posuit vim societatis et communionis tum inter famili singulas tum civitates universas: nam ut homines sing

---

81) Ibid. Cap. 6., ubi animadvertit, homines magni ingenii saepe iuventute valde fluctuari et temere, dum per annorum maturitatem ae primus consederit et praecepta salubria insederint. Deus autem opt naturam singulorum perspectam habet, ὅσην μοῖραν ἀρετῆς ἀπ' αὐ φερόμεναι πρὸς γένεσιν αἱ ψυχαὶ βαδίζουσι.

82) Ibid. Cap. 7. 8. Daemones interdum appellantur flagitio insectatores, ut supra memoravimus. Cf. *Rom.* 24., *Caes.* 69., *Pelop.* Fatetur Plutarchus tamen, obscuriorem nonnunquam hanc esse Deor gubernationem, quam ut satis perspiciatur, cf. *Cat. min.* 53., *Pomp.* 7 neque excludit omnino fortunae casum, cf. *Caes.* 66., *Camill.* 1 *Sertor.* 1., *Nic.* 11. — Notandum est etiam, quam saepe daemones inv et maligni vitae rebusque prosperis et laetis insidientur et mala imp tent, cf. *Mar.* 23., *Pomp.* 42., *Aemil.* 22. 27. 36.

uam quisque tenent naturam, quamvis mutationibus deinceps oluribus subjectam, neque alii et diversi exsistunt per etatis vicissitudines, sic quoque civitates et genera homium affinitatis quodam et consanguinitatis vinculo continentur, quo, si quid culpae admissum est ab maioribus, ontumeliae aliquid ad posteros quoque manat, sin nomen ntiquorum excelluit ob facta egregia et merita, eadem laus osteris etiam conceditur[83]). Quae cum subtilis esset et pinosa ratio, nec facilem assensum ferret, rursus eam promit omparationem, quam antehac instituerat inter providentiam Deorum hominibus prospicientium et medicinam corpori egroto opitulantem. Quorsum enim medicina est, nisi ut malum aliquod aut totum evellatur, aut infirmetur saltem? quae interdum etiam dolorem inurit, quo mali pertinacia rangatur. Itaque cum Dii curam susceperint universi hoium generis regendi, maxime id agunt, ut aegrotos curent t vitia eximant, eoque ducti studio unum aliquem ex gente niversa poenae destinant, cuius exemplo reliqui territi vitam mendent et caveant ab eadem culpa contrahenda[84]). Namue tacita quaedam malorum contagio serpere solet ad omnes, ui eiusdem sunt generis, latitans hominum quidem oculis, uippe qui scelus flagitiumque nonnisi auctum et corroboatum deprehendant, sed non occulta Diis, animum intimum uid sentiat et moliatur perscrutantibus. Quapropter eam uoque medicinam Dii adhibent, ut semina malarum artium, ntequam ad maturitatem et vigorem pervenerint, fortuna spera atque immiti aut exstirpentur penitus, si fieri possit, ut valde tamen debilitentur[85]). Neque enim iratus agit Deus cum hominibus, neque mali quidquam passus poenas

83) *De ser. vind.* 15. locus est memorandus: *ἓν τι πρᾶγμα καὶ συνεὲς ἡ πόλις, ὥσπερ ζῶον οὐκ ἐξιστάμενον αὑτῆς ταῖς καθ' ἡλικίαν μεταβολαῖς, οὐδ' ἕτερον ἐξ ἑτέρου τῷ χρόνῳ γινόμενον, ἀλλὰ συμπαθὲς ἀεὶ καὶ οἰκεῖον εὑτῷ*, etc.

84) Ita enim concludit Cap. 16.: *ἐν ἰατρικῇ τὸ χρήσιμον καὶ δίκαιόν ἐστι.*

85) Ibid. Cap. 20.: *Θεοῦ ἔστιν τὸ διορᾶν καὶ διαισθάνεσθαι τὰς ὁμοιοταθείας καὶ τὰς διαφορὰς, πρὶν εἰς μεγάλα τοῖς πάθεσιν ἐμπεσούσας ἀδικήιατα γενέσθαι καταφανεῖς.*

efflagitat, sed ulciscendo scelera maxime eo tendit, ut pu
gatos ab vitiorum labe ad sanitatem reducat. Manifestu
est, Plutarchum inter duas notiones iustitiae et clementi
divinae aliquantum fluctuari, sed eo inclinari, ut partem p
tiorem caritati et clementiae assignet, cum iustitia nim
stricta facile averteret animos et refrigeraret; quanqua
iustitia omnis severa tolli non poterat, quin crimen quo
dam inconstantiae et nimiae indulgentiae in Deos cader
adeoque iustitiae etiam nomen erat servandum. Effici
ergo, ut, quamvis improbitatem omnem atque malas ar
Dii iudicio acri persequantur, neque ultionem unquam neg
gant, misericordia tamen et benevolentia non minus duc
tur hominesque improbos ipsa poenarum castigatione vir
reconciliare studeant.

Adnectitur huic quaestioni alia haud minoris mome
num iustitia divina intra huius vitae spatium hominib
possit rite omnia rependere, an vitam oporteat post m
tem continuari, ut iustitia divina plane absolvatur. P
suasum igitur est auctori nostro, longius quoddam vitae sp
tium iustitiae divinae necessario dandum esse, ut, si q
fidei gubernationi divinae habendum sit, de immortalita
animi humani dubitare non liceat[86]). Cum omnes sen
animi intimo ducti supplementum quoddam providentiae
vinae ultra vitae huius terminos expetant: Plutarchus acc
ratius eam sententiam expressit comparanda vita cum cer
mine quodam, quo peracto, prout quisque aut fortiter re
terit aut segniter egerit, praemia aut poenas consequetur[87]
Argumentum addit illud quoque, quod, nisi inesset divin

---

86) *De ser. vind.* Cap. 18. diserte ita loquitur: *εἷς ἐστι λόγος ὁ θεοῦ τὴν πρόνοιαν ἅμα καὶ τὴν διαμονὴν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς βεβαιῶν.* Memorat autem Cap. priori vates *ψυχαγωγοὺς* atque oracula *ψυχοπομπ* ut aliis locis, unde animos non occidere pateat.

87) Ibid.: *ἀγωνίζεται* (*ὁ ἄνθρωπος*), *ὥσπερ ἀθλητὴς, κατὰ τὸν βίον, ὃ δὲ διαγωνίσηται, τότε τυγχάνει τῶν προσηκόντων.* Add. mythus ille *de l lun.* Cap. 28., ubi appellantur *οἱ νικηφόροι.* Itemque *οἱ περὶ τὸν β ἀγῶνες, de gen. Socrat.* Cap. 23.

uiddam et praeclarum in natura humana[88]), Dii omnino eque curam tantam suscepturi essent neque custodiam ho- inum, quanta ex daemonum praecipue muneribus cognosci- ur. Quodsi Plutarchus immortalitatem animi arctissime nnexam putavit cum gubernatione divina, trahamus licebit uc quoque, quae contra Epicureorum monuit doctrinam, ortis excidio vitam humanam funditus exstinguentium. ultum iactabant isti doctrina sua sese proficere, cum nihil enarum infernarum atque aliorum terriculamentorum post ortem relinqueretur, sed nihil homini amplius superesset, imus corpusque pariter in partes atomas dissolverentur nsuque omni carerent. Quam opinionem Plutarchus contra statur invidiosam atque intolerabilem videri omnibus, non lum iis, quibus vita relinquenda sit commoda et iucunda, m morte imminente omnem sibi spem gratam ereptam ntiant, sed multo magis iis, qui laboribus et miseriis diu nflictati fore aliquando confidant, ut sors sibi melior et etior obtingat[89]). Sed diligentius inquirit, quibusnam minibus solatium illud et timoris remedium Epicurus ferat. Quodsi homines sunt impii, ad flagitia contrahenda rati, terrores iis etiam adaugendi erunt, quo facilius coer- antur et horrore saltem aliquo diroque adspectu proposito nstringantur, cum promissorem tam benignum nacti alio- in sine ullo metu omnem vitiorum segetem atque audaciam gitiorum effunderent[90]). Reliqui autem ex plebe homines m mythologiae fidem non detrahant, non tam tristem

88) Ibid. Cap. 17.: est in natura humana *προσόμοιον τι τῷ θεῷ καὶ ιρκὲς καὶ βέβαιον.*

89) *Non posse suaviter vivi sec. Epicur.* Cap. 23. comparationem hibuit scitam omnino: — *ὥσπερ εἴ τις ἐν πελάγει καὶ χειμῶνι θαῤῥύνων ιστὰς λέγοι, μήτε τὴν ναῦν τινὰ ἔχειν κυβερνήτην, μήτε τοὺς Διοσκούρους τοὺς ἀφιξεσθαι, — οὐδὲν δὲ ὅμως εἶναι δεινὸν, ἀλλ' ὅσον οὐδέπω κατα- θήσεσθαι τὴν ναῦν ὑπὸ τῆς θαλάττης, ἢ συντριβήσεσθαι ταχὺ πρὸς πέ- τας ἐκπεσοῦσαν. οὗτός ἐστιν ὁ Ἐπικούρειος λόγος.*

90) Ibid. Cap. 25.: *λυσιτελεῖ αὐτοῖς τὰ μετὰ τὸν θάνατον φοβουμένοις ἀδικεῖν, ἢ ἀδικοῦσιν ἐπισφαλῶς ἐν τῷ βίῳ διάγειν καὶ περιφόβως.* anquam hoc argumentum a tuto sumtum Plutarcho haud satis fuit.

aliquam atque infelicem mortuis sibi metuunt conditione quam eriguntur gaudentque spe grata, fore ut internecion mors non invehat funditus omnia destruentem, sed anim salvum atque integrum transmittat[91]). Est enim inti hominis animo desiderium quoddam vitae insitum, abhorr autem ab occasu, quapropter volentes omnia amplectum nomina, quaecunque vitam non exstingui neque deleri, mutationem aliquam experiri et forsitan altius promov polliceantur. Cuncti ergo consolationem istam Epicureor repudiant, neque animo placido ferunt, sed avide omn vitae longioris promissionem excipiunt. Atque illud quid cupidissime omnes exoptant, ut rursus aliquando cum a cis et propinquis vita iam defunctis congregentur, qui Epicurus inanes monstrat umbras atque imagines n nec sensu nec spiritu amplius praeditas, neque ullam f amicos et necessarios revisendi et conveniendi potestatem Superest tertium genus eorum, qui contenti non sunt s tillula quasi quadam vitae servanda, sed maius quid affectant, ut vita egressi virtutis praemia consequan et iustitiae divinae, quam hac in terra parumper m cognoverunt, res suas ante actas egregie probent. H magnum autem illud atque eximium habent bonum, q

---

91) Parum, inquit, valent terrores illi, Cap. 26.: τοῖς πολλοῖς — ἡ τὸ μυθῶδες τῆς ἀϊδιότητος ἐλπὶς καὶ ὁ πόθος τοῦ εἶναι, πάντων ἐρ τριοβόλιατος ὢν καὶ μέγιστος, ἡδονῇ ὑπερβάλλει καὶ γλυκυθυμίᾳ τὸ παι ἐκεῖνο δέος. Add. Cap. 27. Egregie autem ac verissime Plutarchus derium illud pectoris humani expressit, ne vita finita totus simul hom cideret, ut non possimus aliis locis non uti, cf. Cap. 26.: ἐκεῖνο Θανάτου τὸ πρόσωπον ὡς φοβερὸν καὶ σκυθρωπὸν καὶ σκοτεινὸν ἅπ ὑποδείματνουσι, τὸ τῆς ἀναισθησίας καὶ λήθης καὶ ἀγνοίας, καὶ πρ ἀπόλωλε, καὶ τὸ ἀνήρηται, καὶ τὸ οὐκ ἔστι, ταράσσονται. Similiter Ca solatia Epicureorum optime dissolvit. Add. Cap. 30.

92) Ibid. Cap. 28.: ἤδη νοεῖν πάρεστιν, ἡλίκης ἑαυτοὺς χαρᾶς ἀποστε σι, φάσματα καὶ εἴδωλα τεθνηκότων ἑταίρων οἰόμενοι δέχεσθαι καὶ θηρε οἷς οὔτε νοῦς ἐστιν, οὔτ' αἴσθησις, αὐτοῖς δὲ συνέσεσθαι πάλιν ἀληθῶς τὸν φίλον πατέρα καὶ τὴν φίλην μητέρα, καί που γυναῖκα χρηστὴν ὄψε μὴ προσδοκῶντες, μηδ' ἔχοντες ἐλπίδα τῆς ὁμιλίας ἐκείνης καὶ φιλοφρ νης, ἣν ἔχουσιν οἱ τὰ αὐτὰ Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ Ὁμήρῳ περὶ ψ δοξάζοντες.

dispersis tenebris, quae omnem hominum scientiam propter corporis consortium obscurant perturbantque, ad claram quandam liquidamque veritatis cognitionem provecturi sint [93]). Unde mortem praematuram non dubitavit etiam praeferre benectuti longiori, propterea quod, qui per longum aevum rebus humanis assueti omnibus se gaudiis bonisque huius terrae implevissent, animum vix exsolverent, sed summo cum desiderio fortunam pristinam recuperare studerent. Contra si qui breviori tantum aevo res humanas gustaverunt, sensuum voluptatibus et blanditiis non ita capti atque irretiti, volentes sese expediunt ad altioremque suam originem reverturtur [94]). Cohaeret haec sententia cum universa ratione ea, qua res humanas aestimandas esse censuit. Quidquid enim ad materiem pertineret, imperfectum atque in malis duxit, ac tum demum veram quandam felicitatem contingere, cum omne exuissent materiae consortium. Argumenta igitur, cur vita singulorum etiam ultra mortem speraretur, haud petiit ex accurata disputatione de ipsa animi natura, sed satis habuit, quod sensu suo ductus optaret et concusceret cum vi quadam persuasionis eloqui: quae quidem argumentandi ratio cum reliqua Plutarchi doctrina optime convenit.

Supra memoravimus, hominum animos ex Plutarchi sententia, cum puri sint et candidi ex Deo progressi, postea demum vitiis et malis artibus infectos esse, neque aliud quidquam eum defendenda mundi gubernatione spectasse, nisi ut diligenter quidem ac strenue Dii scelera persequi putarentur, nec tamen clementiae locus praecluderetur. Inspicienda igitur erat origo malorum, cum Dii ipsi nulla inesset malorum culpa impertiendi, sed bona omnia distribuerent optimeque mundum regerent, eamque sententiam

93) Ibid. 28. et *Consolat. ad Apollon.* p. 79. ed. Basil.

94) Ita praecipue in *Consol. ad uxor.* Cap. 10. disserit, atque doctrinae posteriorum uxorem admonens spem vitae futurae haud dubiam proponit. In *Consolatione ad Apollon.* p. 83 sqq. haud scio an consolandi gratia seriae vitae exaggeraverit et mortem immaturam praedicaverit; vide praeque effatum illud Sileni p. 85.

inprimis adversus Stoicos, qui secus statuerent, tutari nil batur. Etenim illi cum plena esse divini numinis omn perhiberent, malorum vim tollere aut imminuere saltem deb bant; profitebantur igitur, diligenter scrutanti videri malor gravitatem non modo omnem evanescere, verum plus etia emolumentorum ex iis percipi, sed mentis humanae acii imbecillam et curtam obstare, quo minus utilitatem malor indagarent et assequerentur[95]). Quam argumentandi rat nem Plutarchus haud accepit, et mala negavit per speci modo esse, sed clariorem videri et graviorem malorum i portunitatem, quam ut multis opus esset verbis ad eam monstrandam; accusavit ergo Stoicos malam Diis fam adspersisse, tanquam malorum essent auctores. Declara rat Chrysippus, natura ipsa edente ortam esse pravita ac mundo satis prodesse, propterea quod malis subm nulla etiam bona remanerent. Itane vero, regerit Plutarch aliisne in rebus necesse semper erit perversi aliquid ap nere, ut perfectio quaedam efficiatur, neque virtus erit, vitia et mala ei ex adverso respondeant? Quid? Scili Dii precibus etiam rogandi erunt ad vitia alenda et sust tanda, ne virtutes ipsae evanescant[96]). Haec cum elicu set, quae consequerentur ex Stoicorum placitis, instat po quaerere, quid tandem utilitatis ex improbitate et flagi gignatur. Nempe parum prosunt ad reliquas mundi pa melius disponendas et administrandas, quare examina est vita humana, ecquid commodi aut salutis ex ea ruptione percipiat. At impium atque immane paene vide utilem hominibus dicere vitiositatem, cum homines nati ad virtutem colendam, et prohibeantur vitiis, quo minus tam felicem consequantur[97]). Quodsi tali aliqua utu

95) Sumsit hanc ex Chrysippo formulam *advers. Stoic.* Cap. *οὐκ ἀχρήστως τὴν κακίαν πρὸς τὰ ὅλα γεγονέναι*, quam deinde percense

96) *Contra Stoic.* Cap. 13. ita concludebant Stoici: *οὐκ ἀχρήσ γίνεται πρὸς τὰ ὅλα, οὐδὲ γὰρ ἂν τἀγαθὸν ἦν.* Unde cum collegisset surda quaedam, appellat *ληροῦντας καὶ φλυαροῦντας, ὅπως εὐχώμεθα θεοῖς ἀεὶ μοχθηρίαν εἶναι.*

97) Ibid. Cap. 15., indignabundus denique quaerit: *ἢ δ' ἐ ἀρετὴ ὄναρ μόνον καὶ δόκημα νυκτερωπῶν σοφιστῶν, οὐδ' — οὐδενὸς ἔ*

excusatione, sapientiam vel prudentiam esse scientiam quandam tum bonorum tum malorum: parum omnino proficiunt, ut mala demonstrent utilia aut necessaria etiam esse ad eam scientiam acquirendam. Fatuus namque dicendus erit, si quis mala et pravitatem idcirco crediderit irrupisse, ut scientia eorum quaedam hominibus obtingeret, imo postquam vitia semel vitam infecerunt, fieri non potuit, quin cognitio eorum succederet. An notio malorum dari non potuit, quin homines etiam iis succumberent, praesertim cum Deus ipse haud ignarus quidem sit malorum, neque tamen illo modo ab iis afficiatur? Sin carere malis noluerunt, ut prudentiae facultas hominibus relinqueretur: quidni pauca quaedam exempla satis fuerunt, cum tamen ipsi fateantur, universum paene terrarum orbem vitiis scatere ac miseriis premi? Denique, si unum agitur prudentiae verbum, quo omisso multitudo simul malorum undique submoveatur, nihil sane officiet, quo minus seposito prudentiae nomine omnis etiam malorum sensus intercidat et sola virtutis atque bonorum notitia retineatur [98]). Argutius fortasse quam verius Stoicorum doctrinam perstrinxit, et cum malorum illi excusatione uterentur infirma quidem nec tamen inepta, dextere

---

ρησιοῦ μεταλαβεῖν? (Ita enim legendum videtur.) Priori autem Cap. 14. estive Plutarchus vellicat comparationem quandam Chrysippi, qua titulo omoediarum lascivo quidem, sed haud ingrato mala et pravitatem assimiverat, ac tandem addit: ὁ πατρῷος καὶ ὕπατος καὶ Θεμίστιος Ζεὺς καὶ ριστοτέχνας, κατὰ Πίνδαρον, οὐ δρᾶμα δήπου μέγα καὶ ποικίλον καὶ πολυαθὲς δημιουργῶν τὸν κόσμον, ἀλλὰ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἄστυ κοινὸν, συννοησομένων μετὰ δίκης καὶ ἀρετῆς ὁμολογουμένως καὶ μακαρίως, τί πρὸς τὸ ἥλλιστον τοῦτο καὶ σεμνότατον τέλος ἐδεῖτο λῃστῶν καὶ ἀνδροφόνων καὶ ατροκτόνων καὶ τυράννων; οὐ γὰρ ἡδὺ τῷ Θείῳ καὶ κομψὸν ἡ κακία γέγονεν εισόδιον, etc.

98) *Contra Stoic.* Cap. 17 — 19. Secundum Plutarchum Stoici ita ilosophantur, ὅτι τῇ μὲν ἀφροσύνῃ καταλαμβάνομεν τὴν φρόνησιν, ἡ δὲ ρόνησις ἄνευ τῆς ἀφροσύνης οὔτε αὐτὴν οὔτε τὴν ἀφροσύνην καταλαμβάνειν φυκεν. — Lenius autem doctrinam hanc Stoicorum iudicavit Ritterus, *eschichte der Philosophie*, T. III. p. 590. — Porro Cap. 20. Stoicos remit, quod illi utrumque, tum τὸν φαῦλον tum τὸν σοφὸν, dicant μηδενὸς χειν χρείαν μηδὲ δεῖσθαί τινος, dein vero subtilem quandam distinctionem romant.

interpretari eam supersedit, maluitque inhaerere singul carpendis, quae aut ambigue essent dicta, aut parum co sentanea sequerentur. Chrysippus quidem declarare volui potestatem hominibus factam esse eligendi inter utrumqu aut bonum aut malum, quae potestas sine scientia praeli cente quasi nulla erat: sed Plutarchus traxit ad notitia quandam segnem atque otiosam, quae Stoici de scientia a actionem vitae necessaria effati erant. Expostulavit aute Plutarchus porro cum Stoicis, non solum quod Deos mal rum auctores statuerent, sed etiam quod nihil fere relinqu rent bonorum, quae a Diis expeterentur. Nam si quaeritu quid tandem bonorum Dii largiantur, virtutem quidem sententia Stoicorum neque indere neque augere valent, re qua autem, quae vulgo numerantur bona, ab sapientib non ducuntur in bonorum numero, quamvis neque ipsi val abnuant et homines stulti avidissime concupiscant [99]. Dein vero si Dii vere consulunt rebus humanis: qui conv nit, tanta miserorum et stultorum multitudine, quanta Sto contendunt, universum terrarum orbem abundare et pae opprimi? Consideranti igitur diligentius malorum hunc c mulum labefactari admodum videtur benignitas et carit Deorum, quippe qui largiri omnia dicantur ad vitam nece saria, sed perniciem iidem atque excidium moliantur. Neq vero damna possunt et incommoda infligere, quin sim pravas ac turpes cupiditates excitent et delicta ipsi intr ducant[100]). Tum vero largam Deos culpandi materia dogma illud praebuit Stoicorum, quo omnia et singula, qua cunque evenirent, ad legem naturae communem et pro

---

99) *De repugn. Stoic.* Cap. 30. 31.; ita autem concludit: *εἰ μὲν δ νανται τὴν ἀρετὴν παρέχειν οἱ θεοὶ, οὐκ εἰσὶ χρηστοὶ μὴ παρέχοντες, εἰ μὴ δύνανται ποιεῖν ἀγαθοὺς, οὐδ' ὠφελεῖν δύνανται, μηδενός τε τῶν ὄλ ὄντος ἀγαθοῦ μηδ' ὠφελίμου.*

100) Ibid. Cap. 32. 33. Ex Chrysippo quidem Cap. 32. laudavit ha *Ὡς αἱ πόλεις πλεονάσασαι εἰς ἀποικίας ἀπαρύτουσι τὰ πλήθη καὶ πολέμ ἐνίστανται πρός τινας, οὕτως ὁ θεὸς φθορᾶς ἀρχὰς διδωσι. καὶ τὸν Εὐρ δην μάρτυρα καὶ τοὺς ἄλλους προσάγεται, τοὺς λέγοντας, ὡς ὁ Τρωϊκὸς πο μος ὑπὸ τῶν θεῶν ἀπαντλήσεως ἕνεκα τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων γένο* Sed reponit statim Plutarchus.

lentiam vel Jovis consilium revocabantur. Etenim nullum upererat effugium, quo mala et turpia facinora traherentur, um extra communem hanc legem et naturam nihil omnino osset accidere. Quaesivit ergo auctor noster, quis iam lo- us concederetur iustitiae divinae, cui nihil esset aliud pu- iendum, nisi quod ipsa Deorum providentia produxisset. Etenim ita existimavit Plutarchus: si cuncta necessitudine aturae peragerentur et conspirarent ad finem mundi opti- um, nullam dari ultionem divinam, quippe quae contra emetipsam esset dirigenda. Denique Stoicis exprobrat, quod, um evadere ex his angustiis desperent, in magna hac ma- orum colluvie excusanda non dubitent his fere vocibus uti, xigua forte damna in magno hoc mundo regendo clam osse ingredi ac serpere, aut daemones infestos ea moliri, ut denique necessitatis vim importare [101]). Hoc quidem rgumentum Plutarchus maxime improbavit, quippe quo sa- ientia et potentia Deorum admodum vacillare inciperet; ed voces istiusmodi elapsae forsitan Stoicis erant. Omnino utem negat, concedendum esse Stoicis, quod Diis ipsis cul- am malorum ingerant.

Plutarchus vero cum corruptionem magnam et pravita- em, quae ubique oculis obversaretur, parvi non faceret, sed erniciosam vim malorum vitiaque ubique vitae humanae mpressa vehementer sentiret ac doleret: eam doctrinae ratio- em ineundam esse putavit, qua culpa malorum a Diis aver- eretur, neque benignitas providentiae divinae obtrectaretur. Aperte autem hic assumsit theologiam populorum Orienta- ium, et verbis disertis auctoritatem eorum allegavit. In- rimis hoc loco praetermittere non possumus, quam gnarus uerit doctrinae Zoroastri: namque copiosius eam expo- uit, duo illa memorans contraria principia, alterum bonum alterum malum, ex quibus universus hic mundus esset con-

---

101) Ibid. Cap. 34—37., ubi ex Chrysippo haec allegavit: *συμβαί- ει τινὰ — τοιαῦτα· τότερον ἀμελουμένων τινῶν, καθάπερ ἐν οἰκίαις μείζοσι παραπίπτει τινὰ πίτυρα καὶ πυροί τινες τῶν ὅλων εὖ οἰκονομουμένων, ἢ διὰ τὸ καθίσταοθαι ἐπὶ τῶν τοιούτων δαιμόνια φαῦλα, — φησὶ δὲ πολὺ καὶ τὸ τῆς ἀνάγκης μεμίχθαι.*

flatus [102]). Neque contentus fuit hoc uno auctore, quamv gravissimo, ab Orientalibus arcessendo, sed Aegyptioru etiam mythologiam atque instituta sacra consuluit atque a eandem flexit sententiam. *Osiridis* nomine principium bo norum censuit intelligendum esse, quoniam facultates an mi praestantiores, et quidquid hoc in mundo certis legibu atque ordine salubri constitutum esset, ab hoc Deo exordiu suum haberent; contra *Typhonis* nomine malorum causa contineri, qui non vehementiores solum animi perturbationc excitaret, sed corporum etiam sanitatem destrueret ac tu bide omnia misceret. Huic utrique tertiam quandam vim su iecit, eamque per se non conformatam nec certo mod dispositam, sed quae utriusque superioris potestatem exp riretur atque reciperet, amore suo quidem appetens auctore bonorum eiusque sectans imaginem; eamque naturae partem quae ipsa quidem nihil ageret, sed maiorem aliquam patet tur efficaciam, *Isidis* nomine impertiit. Ex hac ergo par mundum conformari ad similitudinem Numinis illius suprem quod vere esset et mente sola perciperetur, neque tamc exemplar perfectum illud in mundo ita esse expressum, qu multum mali resideret atque haereret, neque uno tempo mundum ita esse constitutum, sed paulatim ad perfectione propositam adduci. Quamobrem necessario motum quenda inesse mundo, quo simulacra divina mundo imprimerentu et perturbatio antiqua ac rudis moles subigeretur. Itaqu eam pronuntiavit sententiam: quidquid certo ordine et ra tione careret, ex *Typhone* ortum esse; quidquid vero ord nem concinnum et bene temperatum prae se ferret, *Iside* ad exemplar *Osiridis* conformatum esse [103]). Ha

---

102) *De Isid.* Cap. 45—47., unde haec transscribimus: *Εἰ οὐδ ἀναιτίως πέφυκε γενέσθαι, αἰτίαν δὲ κακοῦ τἀγαθὸν οὐκ ἂν παράσχοι, γένεσιν ἰδίαν καὶ ἀρχήν, ὥσπερ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, τὴν φύσιν ἔχειν. καὶ δο τοῦτο τοῖς πλείστοις καὶ σοφωτάτοις, — ὧν ἔστι Ζωρόαστρις ὁ μάγος, πεντακισχιλίοις ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν γεγονέναι πρεσβύτερον ἱστοροῦσιν.*

103) *De Isid.* Cap. 49.: *ἐν μὲν οὖν τῇ ψυχῇ νοῦς καὶ λόγος ὁ τ ἀρίστων πάντων ἡγεμὼν καὶ κύριος, Ὄσιρίς ἐστιν, ἐν δὲ γῇ — τὸ τεταγμέ καὶ καθεσιηκὸς καὶ ὑγιαῖνον, — Τυφὼν δὲ τῆς ψυχῆς τὸ παθητικὸν καὶ τ τινικὸν καὶ ἄλογον καὶ ἔμπληκτον, τοῦ δὲ σωματικοῦ τὸ νοσῶδες καὶ π*

quidem interpretationem Plutarchus prae aliis quibusdam, quae eandem sententiam, sed minus clare et distincte expressam continerent, maxime probabilem et assensu dignam iudicavit[104]). At vero quamvis auctoritatem tantam ex religione et doctrina populorum Orientalium allegare sibique adsciscere posset, veri tamen simile non est, hanc eum auctoritatem secuturum fuisse, nisi Graecorum etiam philosophorum sententias cum illis conciliasset. Itaque cum plures alios ex antiquioribus Graecorum philosophis citasset, qui duo atque contraria principia in mundo posuissent, Heraclitum, Empedoclem, Pythagoreos aliosque[105]), tum praecipue Platonis utitur nomine, ex cuius libris eandem sententiam depromi manifesto posse putaret. Apparet hic quoque, quod supra animadvertimus, Plutarchum (sicut ceteros eius aequales) in doctrina Platonis explicanda eo deflexisse, ut, si quam ille imaginem usurpavit, neque notionibus claris et distinctis sententiam suam circumscripsit, imagines eas atque symbolicam loquendi rationem pro certo veritatis documento acciperet, adeoque doctrinam Platonicam aliquanto immutaret. Quanquam obscurior sane atque intricata vere haec fuit Platonis doctrina de materia illa, quae ideis substrata esset[106]), ut vitio haud facile quisquam

---

ρακτικὸν. — Cap. 53.: Ἐν Ἴσις ἐστι μὲν τὸ τῆς φύσεως θῆλυ καὶ δεκτικὸν ἀπίους γενέσεως, — ἔχει δὲ σύμφυτον ἔρωτα τοῦ πρώτου καὶ κυριωτάτου πάντων, — κἀκεῖνο ποθεῖ καὶ διώκει, τὴν δ' ἐκ τοῦ κακοῦ φεύγει καὶ διωθεῖται μοῖραν, — εἰκὼν γάρ ἐστιν οὐσίας ἐν ὕλῃ γένεσις καὶ μίμημα τοῦ ὄντος τὸ γινόμενον. Add. Cap. 60–63.

104) Nam antea Cap. 33 sqq. alias explicandi rationes perpensuerat, quae ad causas supremas minus adscenderent.

105) *De Isid.* Cap. 48. Adscivit etiam, praeter doctrinam Persicam, Chaldaeorum mythologiam, qui facerent ex planetis δύο ἀγαθουργοὺς θεοὺς, δύο δὲ κακοποιοὺς, μέσους δὲ τρεῖς καὶ κοινούς. Graecorum autem mythologiam ita interpretatur, τὴν μὲν ἀγαθὴν Διὸς Ὀλυμπίου εἶναι μερίδα, τὴν δ' ἀποτρόπαιον Ἅιδου. — Ex philosophis vero Anaxagoram quoque et Aristotelem, similia docentes, non praeteriit.

106) Satis erit allegare Ritterum, *Geschichte der Philosophie*, Tom. II. p. 318 sqq., ubi copiose disseruit, materiam Platonicam non esse sensu crasso accipiendam.

Plutarcho verterit, quod, cum ignarus non esset eius rel gionis, quam populi Orientis tenebant, neque alienus a eorum dogmatibus, sententiam Platonis cum mythic Orientalium philosophia consociare tentaret. Nec vero it versatus est in hac philosophiae parte gravissima explicanda ut propriam quandam doctrinam exstruere vellet: sed cur auctores haberet magnos et praeclaros, quos sequeretur negotium suum putavit doctrinam Platonis, sicut ipsi videretur commentari atque in luce collocare. Ex quibus commentarii operae sane pretium erit sententiam eius protrahere, nequ silentio praetermittere, quid ex Platone sumserit. Brevit autem Platonis sententiam indicavit in libro *de defect. ora* Cap. 47. 48., ubi antiquiores vituperat philosophos, qu voluntatem divinam in hoc mundo regendo solam respexi sent, recentiores autem, quod naturae vim usquequaque ex tenderent; contra probandam esse Platonis sententiam, q utramque causam illam optime conciliaverit. Tum enim r tione et consilio Deus omnia temperavit et disposuit, tu ex materia mundus originem suam et substantiam cepit, ex his principiis apto modo iunctis universus rerum ord prodierit[107]). Hoc igitur loco materia causam continet co porum omnium et quaecunque sensibus percipiuntur, a que ipse fatetur, hanc mundi conformationem non esse pura nec integram. Sed clarius alio loco monstrat, materie sponte non cessisse, sed cum reniteretur atque obsistere superante ratione ita esse dispositam, ut ordinem leges certas reciperet[108]). Ita autem argumentatus est Plutarchu

---

107) Verba ipsa exhibenda putamus Cap. 47.: *Ἱλάτων πρῶτος ἢ μ λιστα τῶν φιλοσόφων ἀμφοτέρας ἐπεξῆλθεν αἰτίας, τῷ μὲν θεῷ τὴν ἀρχ ἀποδιδοὺς τῶν καὶ λόγον ἐχόντων, οὐκ ἀποστερῶν δὲ τὴν ὕλην τ ἀναγκαίων πρὸς τὸ γινόμενον αἰτιῶν, ἀλλὰ συνορῶν, ὅτι τῇδέ πη καὶ π πᾶν αἰσθητὸν διακεκοσμημένον, οὐ καθαρὸν δὲ οὐδ' ἀμιγές ἐστιν, ἀλλὰ τ ὕλης συμπλεκομένης τῷ λόγῳ λαμβάνει τὴν γένεσιν.* Add. Cap. 48.: *οἱ σφόδρ παλαιοὶ θεολόγοι καὶ ποιηταὶ τῇ κρείττονι μόνῃ (αἰτίᾳ) τὸν νοῦν προσέχε εἴλοντο. — οἱ δὲ νεώτεροι τούτων καὶ φυσικοὶ προσαγορευόμενοι — τῆς καλ καὶ θείας ἀποπλανηθέντες ἀρχῆς, ἐν σώμασι καὶ πάθεσι σωμάτων — τίθε ται τὸ σύμπαν. ὅθεν ἀμφοτέροις ὁ λόγος ἐνδεὴς τοῦ προσήκοντος ἐστιν.*

108) Leguntur haec *de fac. lun.* Cap. 12 sqq., quanquam notandu

ut evinceret materiam invitam quasi obediisse, et legibus rationis ordinantis obsecundavisse: quodsi singulae mundi partes suapte sponte conspirarent ad praeclarum hunc mundi ordinem efficiendum, quorsum opus esset providentiae gubernatione, aut cur Jupiter pater atque aedificator mundi appellaretur? At singulae mundi partes suo quidem impulsu non consenserunt, neque coierunt ad tantam hanc pulcritudinem et praestantiam efformandam: sed ratio divina et providentia pervicit, ut, quae repugnarent et dissiderent ac turbide forsitan agitarentur, altiore quadam lege sanctae necessitatis connecterentur ad eximium hunc mundi ordinem constituendum. Unde satis patet, materiem feracem esse turbarum et parentem quandam malorum. Sed ne quid dubitationis et obscuritatis relinquatur, perlustrandus est Plutarchi commentarius in *Timaeum Platonis*, tametsi ipsa Platonis verba hoc loco excutienda non putamus. Ex diversis igitur principiis, quibus coeuntibus et conspirantibus hic mundi ordo constitit, primo loco ponit rationem divinam, quae tanquam causa optima ex natura sua praestanti atque eximia, quantum fieri potuit, mundo communicavit, ut animal quoddam perfectum existeret[109]). Sed quaeritur amplius, quot et cuius generis accedere debeant principia, ut facies huius mundi et conditio perfici possit. Quodsi materia rudis quaedam fuit atque indigesta eaque rationi divinae ad ordinan-

---

est, accuratius eo loco Plutarchum non inquisivisse in ipsam mundi compositionem, sed tamen Cap. 14. ita disserit: *οὐδὲν ἔοικεν ὕλου μέρος αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τάξιν ἢ θέσιν ἢ κίνησιν ἰδίαν ἔχειν, ἣν ἄν τις ἁπλῶς κατὰ φύσιν προσαγορεύσειεν, ἀλλ' ὅταν ἕκαστον, οὗ χάριν γέγονε καὶ πρὸς ὃ πέφυκεν ἢ πεποίηται, τούτῳ παρέχῃ χρησίμως καὶ οἰκείως κινούμενον ἑαυτό, — τότε δοκεῖ τὴν κατὰ φύσιν χώραν ἔχειν καὶ κίνησιν καὶ διάθεσιν.* Et Cap. 15. memorat, singula certo modo disposita esse, *ὅτι βέλτιον ἦν οὕτως, — καὶ τοῦ κατὰ λόγον κρατοῦντος.*

109) *De anim. procreat.* Cap. 5. optimum censet Plutarchus: *Πλάτωνι πειθομένους τὸν μὲν κόσμον ὑπὸ θεοῦ γεγονέναι λέγειν καὶ ᾄδειν. ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτιῶν, τὴν δ' οὐσίαν καὶ ὕλην, ἐξ ἧς γέγονεν, οὐ γενομένην, ἀλλὰ ὑποκειμένην ἀεὶ τῷ δημιουργῷ, εἰς διάθεσιν καὶ τάξιν αὐτῆς καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξομοίωσιν, ὡς δυνατὸν ἦν, παρασχεῖν.*

dum ita proposita, ut leges certas et iustas facile acciperet iure id quaerunt, annon ratio divina penitus eam subigere legibusque devincire potuerit; unde ergo mala provenerunt et calamitates omnes? At magnopere deprecatur Plutarchus ne tale quod crimen Platoni ingeratur, tanquam mala omnia temere sine initio certo produxerit, aut Deo ipsi impertierit sed tertium quoddam docet principium adsumendum esse [110]). Neque enim, antequam mundi ordo efficeretur stabilis et concinnus, materia fuit iners quaedam, motus omnis expers et torpore paene oppressa, sed motus turbulenti atque affectus multiplices eam agitabant [111]). Motus autem omnis proficiscitur ab anima, quae pro fonte atque principio omnis actionis habenda est [112]). Haec igitur anima, priusquam rationem et legem certam a Deo accepisset, non fuit sine cogitationibus nec sine effectu, sed vagabatur propemodum et iactabatur ita, ut modus nullus esset nec finis; atque haec anima peperit, quidquid est malorum, Deoque legi praecipienti valde adversata est [113]). Sic praeter Deum duo principia requiruntur, alterum materiae segnis atque ignavae quae nihil ipsa agit, sed patitur modo atque movetur, alterum animae materiam agitantis atque impellentis, quae cum multos antea motus civisset et multis in cogitationibus

110) Ibid. Cap. 6. quaerit: ἢ ἀνάγκη καὶ σύμφυτος ἐπιθυμία πόθεν ἐγγίγονε τοῖς πράγμασιν, εἰ τὸ μὲν ὑποκείμενον ἄποιος ἦν ὕλη καὶ ἄμορφος αἰτίας ἄπάσης, ὁ δὲ δημιουργὸς ἀγαθὸς καὶ πάντα βουλόμενος αὑτῷ κατὰ δύναμιν ἐξομοιῶσαι? etc.

111) Ibid. Cap. 5.: ἀκοσμία ἦν τὰ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως· ἀκοσμία δὲ οὐκ ἀσώματος οὐδ' ἀκίνητος οὐδ' ἄψυχος, ἀλλὰ ἄμορφον μὲν καὶ ἀσύστατον τὸ σωματικὸν, ἔμπληκτον δὲ καὶ ἄλογον τὸ κινητικὸν ἔχουσα· τοῦτο δ' ἦν ἀναρμοστία ψυχῆς οὐκ ἐχούσης λόγον. Ex hoc igitur loco nondum perveniimus ad duplicem quandam mundi animam, quam Tennemannus V. p. 256. ponit. Sed vid. postea.

112) Ibid. Cap. 3. 5. 7.: ψυχὴ αἰτία κινήσεως καὶ ἀρχὴ, νοῦς δὲ τάξεως καὶ συμφωνίας περὶ κίνησιν.

113) Ibid. Cap. 5. attribuit animae τὸ φανταστικὸν καὶ κινητικόν. — Add. Cap. 6. et 7., ubi haec leguntur: ὁ Πλάτων μητέρα μὲν καὶ τιθηνὴν καλεῖ τὴν ὕλην, αἰτίαν δὲ κακοῦ τὴν κινητικὴν τῆς ὕλης καὶ περὶ τὰ σώματα γινομένην μεριστὴν, ἄτακτον καὶ ἄλογον, οὐκ ἄψυχον δὲ κίνησιν, ἣν ἐν Νόμοις ψυχὴν ἐναντίαν καὶ ἀτίπαλον τῇ ἀγαθουργῷ προσεῖπε.

anis versata esset, postea demum leges certas et salutares Deo accepit. Ob hanc ergo causam animam quoque dici reatam, quod non statim ab initio eas leges tenuisset; et agnopere Plutarchus versatur in ea ambiguitate solvenda, uod anima mundi modo creata modo aeterna appellare-ur[114]). Sed restat, ut quaeramus, num anima illa contumax lim atque rationi adversa leges certas iam ita sequatur, t semina malarum cupiditatum plane exstincta sint, nec ars inconstans quaedam atque refractaria supersit. Ut per e minus probabile fuerit, hanc animam, rationis antehac xpertem et diversis cupiditatibus deditam, rationi iam per-ecto modo obsecundare: ita mala atque incommoda, quae lurima ubique occurrunt, contra testari videntur. Haec nim tanquam reliquias modo superesse ex pristina illa con-usione et tantopere adhuc pollere, nisi absonum omnino, inus certe est credibile. Qua cum sententia optime con-ruit locus singularis Cap. 7., unde cognoscimus, ex statu ntiquo illo atque turbulento mala quidem plurima restare, ed causam malorum nondum ita esse victam, quin ingra-escere rursus possit[115]). Quanquam hoc loco accuratius ihil profertur de perpetuo quodam malorum fonte; sed *de sid.* Cap. 48. hanc fere ex Platone sententiam expromit. Diserte enim duas opponit animas mundi, ex quibus altera, uidquid est bonum, largiatur, altera repugnet et malis ope-etur, atque tertiam quandam in medio interponit naturam, ropria actione haud carentem, quae tamen inclinet ad par-em meliorem[116]). Quae licet brevius dicta sint et aptata

---

114) Versatur ille copiosius in hac difficultate tollenda inde a Cap. 8.

115) Nam ita loquitur Plato loco ex *Politico* laudato: *προϊόντος οὖ χρόνου καὶ λήθης ἐγγινομένης ἐν αὐτῷ, μᾶλλον δυναστεύει τὸ τῆς παλαιᾶς ἀναρμοστίας πάθος, καὶ κινδυνεύει διαλυθεὶς* (ὁ *κόσμος*) *εἰς τὸν τῆς ἀνομοιότητος ἄπειρον ὄντα τόπον δύναι πάλιν.*

116) Perspicue ita Plutarchus sententiam suam expressit: *Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις ἤδη πρεσβύτερος ὢν οὐ δι' αἰνιγμῶν, οὐδὲ συμβολικῶς, ἀλλὰ κυρίοις ὀνόμασιν, οὐ μιᾷ ψυχῇ φησὶ κινεῖσθαι τὸν κόσμον, ἀλλὰ πλείοσιν τισι, δυοῖν δὲ πάντως οὐκ ἐλάττοσιν, ὅθεν τὴν μὲν ἀγαθουργὸν εἶναι, τὴν δ' ἐναντίαν ταύτῃ καὶ τῶν ἐναντίων δημιουργόν, κ. τ. λ.*

ad theologiam Aegyptiorum, ut ipse profitetur, constare t
men ea sententia videtur, quae vim quandam necessitatis
malorum rationi haud obsequentem relinquit. Cohaere
forsitan cum illa mali etiam daemones, et quamvis De
mundum legibus optimis instruxerit, latet tamen adhuc atqu
insidiatur principium quoddam malorum. Ita fere concordia
quandam inter doctrinam Platonis et mythologiam pop
lorum Orientalium Plutarchus instituit.

Hactenus de natura malorum, quae in hoc mundo di
seminata sunt. Restat, ut videamus, in divina hac mun
gubernatione atque in hoc rerum nexu, quem providen
Deorum instituit, quae Plutarchus argumenta adhibuerit
tuendam hominum libertatem contra Stoicos secus exis
mantes, et quomodo sententiam Platonis hac de re di
gentius explicuerit. Nam cum Stoici eam profiteren
doctrinam, quod serie quadam rerum necessaria actio
atque vita singulorum comprehenderentur: Plutarchus gr
vissime intercessit, ne ex lege ulla extrinsecus data aut
decretis divinis voluntas hominum pendere crederetu
adeoque hominibus potestatem libere agendi strenue vin
cavit. Sed percensenda diligentius sunt, quibus advers
Stoicos utitur argumentis. Primum igitur quaerit, ecqu
illi consentaneum proferant de iis rebus, quae fie
posse dicantur: quodsi ita decernunt, fieri posse, qu
posthac non evenerunt, vim fati omnia includentis neces
est infringi, cum praeter illud accidere quaedam etiam p
tuerint; sin negant, ne cogitatione quidem informare qu
quam licet, nisi quod re vera exstitit. Etenim quidqu
exsistit, fati necessitate producitur; quidquid non evenit, e
dem nesessitate excluditur et falsum est[117]). Acriter dein
persequitur, quod Stoici dixerant, nihil ne levissimum q
dem agere et moliri homines posse, nisi quod ex volunta
Jovis et Parcarum consequatur. Etenim videndum est, nu

117) *De repugn. Stoic.* Cap. 46., ubi ita concludit: *πᾶν μὲν ἀλη
ἀναγκαῖον ἔσται τῇ κυριωτάτῃ πασῶν ἀνάγκῃ κατειλημμένον, πᾶν δὲ ψεῦ
ἀδύνατον, τὴν μεγίστην ἔχον αἰτίαν ἀντιπίπτουσαν αὐτῷ πρὸς τὸ ἀλη
γενέσθαι.*

virtutis aut vitiorum nomen iure tribuatur, si fati necessitate homines adeo obligantur; sin initium modo rei alicuius peragendae secundum ordinem illum datur, potestas eius valde diminuitur neque finem suum videtur assequi. Sed Stoici dixerant etiam, gubernationi mundi universae nihil posse adversari neque officere, in singulis vero partibus impedimenti fortasse aliquid intervenire: quod quomodo cogitandum sit, Plutarchus haud extricat [118]). Liquet iam, puto, providentiam adeo constringentem omnia, ut singula quaeque eveniant tanquam vi necessitatis urgente, auctori nostro non probari, cum alias ob causas, tum quia praemia recte factorum et poenae delictorum prorsus evertantur. Quanquam idem hortatur, ut obediant *τοῖς τῆς εἱμαρμένης καὶ προνοίας δεσμοῖς (Consolat. ad Apollon.* p. 82. *ed. Basil.*), cum homines fulgo longe alias spes foveant atque opiniones, quam quae sint *κατὰ τὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν καὶ τὴν κοσμικὴν διάταξιν* (ibid. p. 87.): quibus vocibus similitudo certe quaedam necessitatis illius fatalis involvitur [119]). Consulendus est igitur libellus Plutarchi *de fato* inscriptus, qui tametsi Plutarchi manu absolutus esse non videtur, sententiam tamen eius plenius illustrat [120]). Primum ille quidem discernit inter *τὴν ἐνέργειαν* atque *οὐσίαν τῆς εἱμαρμένης*: quod discrimen facere videtur ad mythicam partem, praeeunte Platone, facilius adiungendam. Sedes autem doctrinae aperte est in illa fati

118) *De repugn. Stoic.* Cap. 47. attingit Plutarchus discrimen quodam, quod Stoici faciebant inter *τὰς φαντασίας καὶ συγκαταθέσεις*: sed nihil hoc nos attinet. Summa disputationis est haec: *Πότερον τὰς συγκαταθέσεις μὴ λέγωμεν ἐφ' ἡμῖν εἶναι, μηδὲ τὰς ἀρετὰς μηδὲ τὰς κακίας, μηδὲ τὸ κατορθοῦν μηδὲ τὸ ἁμαρτάνειν, ἢ τὴν εἱμαρμένην λέγωμεν ἐλλείπουσαν εἶναι καὶ τὴν πεπρωμένην ἀπεράτωτον, καὶ τὰς τοῦ Διὸς κινήσεις καὶ σχέσεις συντελέστους; τούτων γὰρ ἕπεται τὰ μὲν τῷ αὐτοτελῆ, τὰ δὲ τῷ προκαταρκτικὴν μόνον αἰτίαν εἶναι τὴν εἱμαρμένην· αὐτοτελὴς μὲν γὰρ αἰτία πάντων οὖσα τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ ἑκούσιον ἀναιρεῖ, προκαταρκτικὴ δὲ τὸ ἀκώλυτος εἶναι καὶ τελεσιουργὸς ἀπόλλυσιν.*

119) Add. *Consolat. ad Apollon.* passim, *vita Demetr.* 4. et *Pyrrh.* 30.: *ὁ χρεών, Caes.* 63.: *τὸ πεπρωμένον.*

120) Cum totus libellus compendii formam referat, aliam partem Plutarchus ex hac disputatione scholae suae reservare se dicit Cap. 1., aliam vero antehac esse tractatam.

efficacia, ad quam cum pergeret explicandam statim monu
ne quis, cum infinita ab infinito ad infinitum usque gigneren
tur, ordine ea suo carere existimaret, sed omnia tanqua
orbe quodam includi τῆς εἱμαρμένης, quae, sicut divin
omnia, suis et ipsa staret legibus. Imago vero orbis cuiu
dam non potest non offendere, quia progressus omnis alti
prohiberi videtur, atque rerum coelestium ordo ex Plutarc
sententia etiam terrena omnia atque humana includit, ita
ex statu siderum pendeat, quid homines suo quisque lo
atque aetate acturi sint, et, quando idem redierit astrorum
status, homines atque humana omnia eadem conditione ve
sentur[121]). Unde necessitas quaedam fati tam arcta imn
nere videtur, ut Plutarchus vix iam a Stoicis differat. S
cum philosophi antiqui omnes fere in ea doctrina consen
rent, qua res humanas putarent regioni coelesti subiectas[122]
Plutarchus tamen non potuit actiones omnes hominum n
cessitate fati adstringere, quin secum ipse valde pugnar
Quod dissidium componi posse putamus, si persequem
copiosius docentem, quomodo res singulae lege supre
contineantur. Adhibuit enim similitudinem legis civilis, cu
cavere vellet, ne multitudine rerum infinita etiam decre
divina viderentur dissipari propemodum et disiici. Nam cu
ea est vis legis, ut communem quandam et generalem no
mam exhibeat, cui res singulae subiungantur, tum conditi
nes saepe praecipiuntur, quibus observandis homines ad lege

121) Cf. *de fat.* Cap. 3.: τὰ πάντα περιβαλοῦσα ἐν κύκλῳ ἡ εἱμαρμ
οὐκ ἄπειρος, ἀλλὰ πεπερασμένη ἐστίν. Paulo post clarissime illustrat, qu
modo res humanae cum sideribus cohaereant: Ἔστω πρὸς τὸ σαφὲς
περὶ ἡμῶν νῦν ὄντων, ὅτι οὐ συμβαλνει ἄνευ τῶν οὐρανίων, ὡς πάντως
τιῶν ὄντων, καὶ τὸ ἐμὲ γράφειν νυνὶ τάδε καὶ ὧδὶ σέ τε πράττειν, ἅπερ
ὅπως τυγχάνεις πράττων· πάλιν τοίνυν ἐπειδὰν ἡ αὐτὴ ἀφίκηται αἰτία,
αὐτὰ καὶ ὡσαύτως οἱ αὐτοὶ γενόμενοι πράξομεν.

122) Animadvertit Ritterus in dissertatione supra laudata: *Ueber d
Begriff und den Verlauf der christlichen Philosophie* (*Theologische Stud
und Kritiken*, 1833. p. 266 sq.), doctrinam physicam philosophorum antiqu
rum valde astrologiam sapere. Cf. eius *Geschichte der Philosophie*, T.
p. 386. — Quanquam Plutarchus *Rom.* 12. scientiam quandam astrologi
non probat.

ipsam implendam perveniant[123]). Ex quibus colligimus, non singula quaeque per τὴν εἱμαρμένην necessario importari, sed supremam hanc esse legem totius mundi gubernandi, cui liceat hominibus iam obsequi aut obniti. Id quod confirmatur ea ratione, qua interpretatur dictum illud: πάντα κατὰ τὴν εἱμαρέμνην, Cap. 5.; neque enim ita intelligendum esse censet, tanquam fiant omnia movente quasi atque inciante voluntate divina, sed ut intra hunc providentiae ordinem rebus omnibus locus suus assignetur[124]). Unde consequitur, ut εἱμαρμένη habenda sit gubernatio et rerum ordo supremus, certis legibus adstrictus, extra quem accidere nihil possit, tametsi non respondeant ei ex aequo omnia. Sed inclusa tenentur omnia ἐν τῇ εἱμαρμένῃ hoc modo, ut firmentur et stabiliantur, quaecunque conspirant cum hoc ordine, opprimantur vero et cohibeantur, quae huic ordini efficiunt. Hinc quoque intelligi poterunt Plutarchi verba: quae in hominum potestate sita sint et fortuito accidant, ea ut servari posse et servare τὴν εἱμαρμένην (Cap. 6.), siquidem finibus continentur huius ordinis eiusque implendi potestatem faciunt. Facere enim ne verbum quidem debebat de casu fortuito et rebus similibus[125]), si necessitate vincta omnia ferrentur et adigerentur ad finem propositum, ut nulla iam libertas compareret. Itaque haec, quam Plutarchus accipit, εἱμαρμένη ordo rerum est firmus et stabilis,

123) Vid. Cap. 4.: Lex omnis praecipit ἀκολούθως — τὰ μὲν καθόλου, προηγουμένως, τὰ δὲ ὑποπίπτοντα τούτων, ἑπομένως. Post addit: τὸ ὡριομένον οἰκεῖον τῇ θείᾳ φρονήσει ἐν τῷ καθόλου μᾶλλον θεωρεῖται.

124) Verba ipsa Cap. 5. haec habentur: τὸ πάντα καθ' εἱμαρμένην — τὸ μὲν τὸ ἐν τῇ εἱμαρμένῃ πάντα περιέχεσθαι δηλοῖ, συγχωρητέον εἶναι ἀληθές, — εἰ δ' ὅπερ καὶ μᾶλλον ἐμφαίνει, τὸ καθ' εἱμαρμένην οὐχ ἅπαντα, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ ἑπόμενον αὐτῷ σημαίνει, οὐ πάντα ῥητέον καθ' εἱμαρμένην. — Add. Cap. 8.

125) De omnibus his casibus multa disputantur Cap. 6 sq. Summa autem huius disputationis continetur Cap. 8.: — τὰ μὲν ἐντὸς τῆς εἱμαρμένης τοιαῦτα τό τ' ἐνδεχόμενον καὶ δυνατόν, ἥ τε προαίρεσις καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, ἥ τε τύχη καὶ τὸ αὐτόματον, τά τε παρακείμενα αὐτοῖς, ὧν καὶ τὸ τύχα καὶ τὸ ἴσως. ἡ δὴ πάντα περιέχει μὲν ἡ εἱμαρμένη, οὐδὲν δ' αὐτῶν ἐστι καθ' εἱμαρμένην.

qui terminis suis complectitur quidem omnia, nec tamen co
git homines et impellit ad agendum. Jam vero comparantu
ἡ εἱμαρμένη atque πρόνοια, ubi regressi ad οὐσίαν τῆς εἱμα
μένης [126]) in regionem mythicam ducimur. Tripartita
quandam inducit autem providentiam: primam et suprema
esse voluntatem aut cogitationem Dei supremi, qua
summa mundi salus destinata, et praecipue res coelest
descriptae sint; alteram esse penes Deos ordinis secun
qui cum coelo moveantur et res mortalium generatim adm
nistrent; tertiam pertinere ad daemones propius terram co
locatos, quibus cura et custodia hominum commissa s
Quodsi quaeritur, quomodo εἱμαρμένη et πρόνοια inter
congruant, Plutarchus ita censet: cum omnia subiecta si
providentiae supremae, εἱμαρμένην non excludi, nedum alti
evehendam esse; atque procul omnino abest, ut fatum c
cum in fastigio rerum ponat [127]). Providentia igitur sup
ma has leges condidit, quas reliqui Dii mundum gub
nantes perficiunt, et sors humana illis subdita est. De
autem instituenda hac lege illuc spectavit, ut salutarem h
minibus rerum ordinem institueret et culpam malorum pr
cul ab sese averteret: qua quidem lege Dii non obligantu
utpote sua sponte decretis sapientiae divinae assentient
sed homines erroribus obnoxii, qui aut praemiorum spe d
cendi aut metu poenarum absterrendi sunt. Etenim si h
mines voluntatem divinam mente sua capere et ratio
praecepta tenere possent, nihil illi indigerent legibus ei
modi, quibus circumscriberentur et continerentur. Mun
autem mundi gubernandi cum deferretur ad Deos inferior
fieri non potuit, quin monstrarentur iis leges immobi

126) Ita declaravit Cap. 2., εἱμαρμένην τὴν κατ' οὐσίαν eandem
atque οἱμπασαν τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν τριχῇ διανεμηθεῖσαν. Coniun
autem cum ea etiam nomina *Parcarum* hoc modo, ut ἡ ἀνωτάτω, *Κλωθ*
pertineat ad τὴν ἀπλανῆ μοῖραν, dein ἡ μετ' αὐτὴν, *Ἄτροπος*, ad τὴν π
νᾶσθαι νομιζομένην, tum vero ἡ κατωτάτω, *Λάχεσις*, ad τὴν ὑπουράνιον
περὶ γῆν.

127) Vid. Cap. 9. et 10., ubi (Cap. 9.) eam sententiam Plutarchus p
fitetur: ἡ μὲν εἱμαρμένη πάντως κατὰ πρόνοιαν, ἡ δὲ πρόνοια οὐδαμῶς κ
εἱμαρμένην.

uas in hac gubernatione tenerent[128]). Efficitur ergo, ut ἡ εἱμαρμένη sit ordo quidam rerum humanarum, ex quo ortuna externa quidem pendeat, non tamen ut merita sinulorum aut delicta inde quoque fluant[129]). Neque enim ccusare alioquin eos potuit, qui fato cuncta attribuerent rctissime res omnes liganti et vincienti, quod liberam mnino hominum voluntatem tollerent, simulque laudes et ierita adeoque Deorum etiam cultum subverterent[130]).

Longior haec exstitit de fato disputatio: sed diiudicari x ea poterit, non solum quanti auctoritatem Platonis feceit, interpres eum secutus, sed etiam quam diligenter relionem mythicam servare conatus sit. Impense autem Pluarchus id egit, ut Deos liberaret eo crimine, tanquam alorum essent auctores. Scilicet Deo invito semina malum irruperunt, neque infesta vis malorum sapientia et bitate Dei superari plane et excludi potuit. Praeterea meiam quandam viam pandere voluit, cum necessitatem eam ati, qua homines paene inscii ad finem certum adigerentur, agnopere recusaret, neque ullam libertatis humanae iacturam ieri pateretur, sed agnosceret simul certas rerum humanarum eges, quibus si homines volentes obsequerentur, bene cum is haberet, sin adversarentur cupiditatibus pravis dediti, vi providentiae cohiberentur nec turbas magnas excitarent. Quanquam dissimulare non possumus, subtiliorem quandam argumenti huius difficillimi disquisitionem a Plutarcho non perfici.

---

128) Copiosius haec secundum Platonis verba exponuntur Cap. 9. 10., inde satis erit notasse de providentia illa altera (Cap 9.): *Συστήσας* (ὁ Θεὸς) *ὁ πᾶν, ἐναρίθμους τοῖς ἄστροις ἔταξε, διεῖλέ τε ψυχὰς ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε, νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους· ταῦτα δὲ τίς οὐκ ἂν διαῤῥήδην καὶ σαφέστατα οἰηθείη τὴν εἱμαρμένην δηλοῦν, ὥσπερ τινὰ βάσιν καὶ πολιτικὴν νομοθεσίαν ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς προσήκουσαν?* Quanquam Plutarchus postea laborat, ut sententiam convenientem ubique eruat.

129) Memorat enim Plutarchus *Sympos.* IX. 5, 2. vocem illam Platonicam *de republ.* X. 15.: *ἀρετὴ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει· αἰτία ἑλομένου, Θεὸς ἀναίτιος.*

130) Huc certe tendunt, quae *de fat.* Cap. 11. a Plutarcho disseruntur, quanquam verba ibi luxata aliquantum nec satis cohaerere videntur.

4) *De institutis quibusdam sacrorum.*

Haec cum de universa Deorum gubernatione a Plutarch disputantur, singulari loco reservanda putamus, quae profe runtur de arctiore quodam nexu, quem providentia divin ad vitam humanam habeat. Omnia enim sacrorum institut ita colebantur, tanquam propior ibi ostenderetur Deorur praesentia. Itaque cum omnis Deorum cura, quam rebu humanis praestarent, magnopere aestimanda et venerand esset, tum occasiones quaedam atque instituta praemineban ubi manifesta signa divinae et voluntatis et efficaciae prode rentur. Plena quidem omnia putabantur esse divinae pra sentiae in sacris publicis [131]), velut cum victimae macta bantur, aut donaria suspensa erant [132]): sed tamen vestig divinae potestatis non aeque perspicua erant in omnib sacris, atque certissime vim suam ostentabant universo il portentorum et vaticiniorum genere, quod Diis absentibu ne cogitari quidem poterat. Haec igitur ut seiungeremus a antecedentibus, inducti sumus maxime propterea, quod he potissimum loco causam religionis publicae atque institute rum sacrorum Plutarchus summo cum studio tuendam susce pit. Fuerunt illo tempore haud pauci, qui contemnerer vaticinia omnia atque auguria, tanquam superstitionis e calliditatis inventa, apta tantummodo ad animos vulgi faci lius tractandos, qui metu religionis comprimendi et speci aliqua fallaci flectendi essent. At constanter huic ses suspicioni opposuit auctor noster, tanquam fallaciae ess subdolae universa haec auguriorum scientia et sacrorum ar paratus, utpote figmenta quaedam inventa ab hominibu versutis et reipublicae administrandae peritis, quamvis faci concederet atque etiam ultro profiteretur, omnia haec s crorum instituta permultum valere ad ingenia hominur

131) *Non posse suaviter vivi sec. Epicur.* Cap. 21.: οὐκ οἴνου πλῆ θος οὐδ' ὄπτησις κρεῶν τὸ εὐφραῖνόν ἐστιν ἐν ταῖς ἑορταῖς, ἀλλὰ καὶ ἐλπὶ ἀγαθὴ καὶ δόξα τοῦ παρεῖναι τὸν θεὸν εὐμενῆ, καὶ δέχεσθαι τὰ γινόμεν κεχαρισμένως.

132) Cf. quae narrantur de donariis Delphicis, *de Pyth. orac.* Cap. 8

uae ferocia essent et aspera, aliquantum mitiganda atque legenda [133]). Verumtamen cum facili animo Plutarchus ietatem communem tueretur atque sustentaret, qua erat octrina instructus, fidem vulgarem quandam et simplicem btrudere noluit, sed philosophiae utebatur auxilio ad eam dem confirmandam et criminibus levandam. Pergratum sse docuit et maxime optandum, cum vita humana pende-et ex decretis Deorum, si voluntatem Numinum eorum, ex ropinquo quasi vitam humanam inspicientium, diligentius iceret explorare et fati necessitatem praenoscere. Inprimis rgo caritatem Deorum hominibus consulentium hinc perlu-ere, praesertim cum daemones vitae humanae custodes es-ent ac vigiles constituti. Qua sua doctrina, etiamsi qui escivissent ab sacris patriis ad peregrina, sperare poterat ursus eos ductum iri ad religionem patriam observandam. Nam inter cetera religionis antiquae instituta eminebant raecipue oracula; sed permulta ex iis hac aetate aut deso-ata omnino iacebant, aut splendorem tamen pristinum ami-erant. Plutarchus igitur, cui cura demandata esset oraculi Delphici, operae pretium duxit libris singulis exponere, cur tot racula non amplius vaticinarentur, et cur oracula Delphica ersibus non ederentur. Nos vero pro instituti nostri ratione ptissimum arbitramur, si auctorem sequemur diligentius in-quirentem, qui causam religionis antiquae fulciendae cum summo studio susceperit.

Sed antequam ipsam Plutarchi expositionem sequamur, adversariorum crimina respicienda sunt, quibus ille maxime respondere voluit. Primum igitur occurrit iis, qui oraculis et vaticiniis fidem derogarent, propterea quod falsis ea nominibus ornarentur, cum aliam facile explicationem admitterent. Fieri non posse iactabant Epicurei, quin, si quod effatum aliquando esset editum, eventus similis per omne inse-quens aevum accideret, unde oraculum scilicet impletum

133) Cf. *vit. Lycurgi et Numae* passim; praecipue autem *advers. Colot.* Cap. 31., ubi religio appellatur *συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεισμα καὶ βάθρον*, atque Epicurei vehementer accusantur, quod Deos ab rebus humanis paene excludant.

diceretur. Optimum vero habendum esse vatem, qui acu de rebus futuris coniectaret, et rerum usu satis magno i structus prospiceret, quid quoque tempore eventurum esse sed vatum nomen falso sibi arrogare, qui effata sua teme diffunderent atque dispergerent in omne futurum tempu ecquando veritas iis responderet. Quibus hominibus dign tatem oraculorum attrectantibus certam opposuit notione praesagiorum et vaticiniorum, quibus hoc nomen detrahi n posset[134]). Neque enim oracula dicenda sunt rerum fut rarum, si quid leviter nullo addito temporum aut locoru indicio annuntiatur: sed praefiniri oportet, non solum qu eventurum sit, sed etiam quomodo et quo tempore et q rerum conditione talis eventus exspectandus sit. Quae cu in multis vaticiniis accuratissime definita reperiantur, atq exitu ipso comprobata sint, habenda non sunt pro levib coniecturis, quae per se nihil valeant, sed tanquam certi sima exstant documenta, quae testantur, vates viam fati sta tempore implendi vere praevidisse[135]). Sed aliud quidda obiiciebant Epicurei, neque ii solum, sed alii quoque mu offendebantur, quod Deus nimium implicari rebus human atque infici paene consortio earum videretur, si ipso scilic ore vatum et prophetarum loqueretur, et praesens qua homines occuparet. Multi etiam circumferebantur *versu Pythici* male compositi, qui si dicerentur divino facti artif cio, culpam aliquam pietatis labantis et recedentis ad Dec

134) *De Pyth. orac.* Cap. 10. Boëthus Epicureus ita obloquitu *διαφέρει γενέσθαι τὸ ῥηθὲν ἢ ῥηθῆναι τὸ γενησόμενον.* Sed Cap. Serapion hanc ponit definitionem: *ὅπου οὐ μόνον λέγεται τὸ γενησόμενον, ἀλλὰ καὶ πῶς καὶ πότε καὶ μετὰ τί καὶ μετὰ τίνος, οὐκ ἔστιν εἰκασμὸς τῶν τάχα γενησομένων, ἀλλὰ τῶν πάντως ἐσομένων προδήλωσις.*

135) De oraculis, quae impleta essent, ita loquitur l. c.: *ἐν τούτ οὐδὲν ἀτέκμαρτον οὐδὲ τυφλὸν ἀφίησι τῇ τύχῃ ζητεῖν ἐν ἀπειρίᾳ ὁ λόγ ἀλλὰ πολλὰ τῆς πείρας ἐνέχυρα δίδωσι καὶ δείκνυσι τὴν ὁδὸν, ᾗ βαδίζει πεπρωμένον.* Sic quoque Cap. 29. et *de defect. orac.* Cap. 46. Pythi oracula negat mendacii unquam convicta esse. Add. Cap. 45., ubi Ep cureus quidam, cum oraculo Ciliciae illudere vellet, pudore confusus es traditur. Praeterea narrationes mirae de *Sibylla* proferuntur, *de Py orac.* Cap. 9.

sos traduci necesse erat. Ex qua difficultate auctor noster
a tentavit evadere, ut discerneret inter instinctum divinum
tque hominum efficaciam; neque enim Dii perficiunt omnia,
ed initium motus cuiusdam in animo excitant, et imagines
tque cogitationes rerum futurarum obiiciunt, reliquum au-
m ornatum habitumqee verborum homines ipsi ex suo
uisque ingenio addunt[136]). Sed hac de re videbimus sta-
n accuratius, postquam alia quaedam exempla attulerimus,
x quibus Deorum praesentia noscatur. Scilicet Epicurei
debant, quod Divorum praesentia in rebus vitae expertibus,
n donariis sanctis, miracula quaedam produxisse diceretur,
eque fors fortuna satis esset ad tale quiddam efficiendum.
ecus existimabant homines pii, quorum sententiae auctorem
ostrum quoque addictum putamus: plena esse omnia in
acrario potestatis divinae et cohaerere cum reliqua Deorum
ubernatione, ideoque cum miraculosum aliquid fieret, sin-
ularem causam Deos admovisse. Accedit alia huc quaestio,
uae latissime patet, de reliquis voluntatis divinae indiciis,
uanti aestimanda sint et quam vim habeant. Cum enim
omines vulgo prodigiis et ominibus maxime essent dediti,
t multitudine eius superstitionis paene opprimerentur: illud
imirum prudentiores quaerere coeperunt, num visa, somnia
liaque omina accipienda essent ei, qui philosophiae stude-
et, an fallacem quendam proderent atque inflatum homi-
nem, qui nomen atque auctoritatem divinam rebus suis prae-
endere mallet, quam id curare, ut mente et iudicio omnia
lecerneret. Prudenter eum quidem fucum adhiberi ab iis,
qui versarentur in republica populumque pertinacem aliquem
atque audacem metu Deorum continere studerent: at longe
liam rem esse in philosophia. Quae sibi ipsa repugnaret
atque officium suum desereret, utpote praecipiens, ratione
atque via investiganda esse omnia, si miracula admitteret et

136) *De defect. orac.* Cap. 9.: *εἴρηθές ἐστι καὶ παιδικὸν κομιδῇ τὸ οἴεσθαι τὸν Θεὸν αὐτὸν — ἐνδυόμενον εἰς τὰ σώματα τῶν προφητῶν ὑποφθέγγεσθαι, τοῖς ἐκείνων στόμασι καὶ φωναῖς χρώμενον ὀργάνοις· ὁ γὰρ Θεὸν καταμιγνὺς ἀνθρωπίναις χρείαις, οὐ φείδεται τῆς σεμνότητος, οὐδὲ τηρεῖ τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ μέγεθος αὐτῷ τῆς ἀρετῆς.* Add. *de Pyth. orac.* Cap. 7 et 20. Praeterea de versibus illis duriusculis *de Pyth. orac.* Cap. 6.

portenta ac momenta rerum ex iis desumeret. Hoc igitu
crimen levitatis et perversitatis infirmandum erat, ne v
sobrius ac prudens, auspiciis ductus, praepostere agere viam
que iustam relinquere argueretur. Quare monent, qui disp
tantes a Plutarcho introducuntur, nonnunquam evenir
quandoquidem res aliqua per se minus sit liquida ac man
festa, atque inter dubitationes aliquis suspensus haud facil
decernat, quid agendum sit, ut momentum ultimum, quo du
catur, ex ominibus illis accedat[137]). Valere autem indic
illa, quia numen aliquod amicum, veluti Socratis daemo
mittat ea hominibus piis et acceptis; hos vero, simul
daemonem noverint monentem adesse, consilia eius diliger
ter observare et sequi. Ubi latissimus campus patuit da
monum auctoritati ad vitam hominum regendam, et multa
Plutarchus dedit operam ad omina ista in libris historic
consignanda[138]).

---

137) *De genio Socrat.* Cap. 9. laudatur Socrates, quod philos
phiae simplicitatem suam restituerit, fucum autem mythicum remover
Add. Cap. 11. et 12., ubi haec affertur excusatio: σκόπει, μὴ ἡμεῖς, τ
μαντικῶν ἑκάστου τὴν δύναμιν ἀγνοοῦντες, ἢ συμβάλλει πρὸς τὸ μέλλον, ε
ἤθως ἀγανακτῶμεν, εἰ νοῦν ἔχων ἄνθρωπος ἐκ τούτων ἂν ἀποφαίνηται
περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ταῦτα, φάσκων αὐτὸς οὐ πταρμὸν οὐδὲ φωνήν, ἀλλ
δαιμόμιον αὐτῷ τῶν πράξεων ὑφηγεῖσθαι. — οὐ γὰρ τοῦ ὀργάνου τὸ ἔργο
ἀλλ' οὗ καὶ τὸ ὄργανον, ᾧ χρῆται πρὸς τὸ ἔργον, ὄργανον δέ τι καὶ τὸ σ
μεῖον, ᾧ χρῆται τὸ σημαῖνον.

138) Ex quibus ominibus plurima sunt satis trita et vulgaria, quoru
etiam apud reliquos scriptores messem satis largam reperimus; cf. *Aem*
24., *Anton.* 60., *Alex.* 14., *Timol.* 12., *Pompej.* 73., *Alcib.* 39., *Pyrrh.* 3
Agesil. 6. al. Quare enotamus pauca, quae magis insolita videantu
Livio auctore tradidit *Caes.* 47., quo tempore committeretur pugna Pha
salica, vatem quendam fuisse Patavii, qui cum tam longo spatio remo
esset ab campis illis cruentis, pugnam tamen velut coram spectasset
victorem Caesarem renuntiasset. Gaudeant hoc exemplo ex nostratib
illi, qui tale quod genus visionum haud incredibile putant, si quis abser
res longinquas coram spectet aut quocunque modo percipiat. Mittimu
quod rumor victoriae ad Pydnam reportatae eodem die Romam perveniss
dicitur *Aemil.* 24., et quod de lapide, qui ex coelo deciderit, *Lys.* 1
multas pro consuetudine sua Plutarchus coniecturas profert. Ipse quide
dubius haeret, quid statuendum sit, cum alter omina secutus fortun
prospera uteretur, alter periret, *Mar.* 42., similiter *Compar. Crass.* 5. Se
animadvertit ipse quoque, hominem olim mortuum in sua patria etiam su

Supra iam memoravimus, simplicem illam credendi consuetudinem, qualis scilicet apud antiquos fuit, Plutarchum nulla aetate instaurare nec potuisse nec voluisse, sed, ut oraculis veterem dignitatem et fidem restitueret, diligentius naturam eorum explicuisse. Daemonibus autem, qui medii intercederent inter Divos et genus humanum, voluntatem divinam interpretantes ac vota hominum transferentes, cum assignata proprie essent oracula atque omina, quibus res futurae annuntiarentur: quaerendum sane erat, quomodo auspicium divinum homines exciperent atque idonei fierent ad augurandum. Qua de re copiosius exposuit comparatione inter naturam humanam atque daemonicam instituenda. Etenim daemones, ut plerique existimant, affinitate proxime iuncti sunt hominibus, ex quibus si qui vitam probam et sanctam egerunt, daemonibus post mortem aggregantur; ad-modum ergo verisimile, vires et facultates naturae daemonicae iam hominibus esse insitas, quamvis occultiores minusque validas. Nam cum daemones corporis onere liberati animis solis vigeant, novam tamen nullam adsumere videntur facultatem. Unde coniicit Plutarchus, facultatem illam, futura praesentientem ac daemonum propriam, etiam in hominum animis latitare, imbecilliorem quidem et tenebris quasi obrutam, cum corporis praevaleant affectiones et cupiditates [139]). Quae coniectura quo fiat probabilior, facultas ea, quae res futuras divinando praecipit, confertur cum memoria praeteritorum; utraque enim versatur in iis rebus, quae animum praesentes non tangunt, nisi quod memoria regreditur ad ea, quae olim fuerunt, eaque animo quasi repraesentat, auguratio autem ad futura protenditur, quae homines maxime concupiscunt percipere. Apparet haec quidem vis augurandi maxime in somniis et mysteriis, quando corpus magis est purgatum aut singulari aliquo modo affectum, ut animus avertatur prorsus

---

aetate nonnunquam conspici, *Cim.* 1.; dies fastos et nefastos diligenter enumeravit *Camill.* 19.; meminit item, quando quis monita divina haud grando poenas postea dederit, *Alex.* 18., *Demetr.* 12. al., sicut omina illa benevolentiae et caritati Divorum attribuit *Timol.* 8., *Cim.* 18., *Lucull.* 12.

139) Vid. haec argumentatio *de defect. orac.* Cap. 39.

ab rebus praesentibus, quae sensus feriunt, et imaginatio
res futuras significanti attendat. Animus quippe auguratio
rerum futurarum deditus subtiliter rationes non comput
neque operose perpendit, sed affectu altiore incitatus et
rebus obviis remotus imagines rerum futurarum sine ul
conclusione apprehendit [140]). At cum afflatus ille n
semper neque omnibus contingat, videndum est, quando co
pus praeparetur ad res futuras praesagiendas. Neque en
suapte sponte corpus ita movetur, sed cum plures sint terr
vires insitae, naturam humanam permoventes atque excita
tes, distinguendus est ex illis praecipue fons quidam
flatus augurationem excitans, quem Dii emittunt. Tunc en
calore quodam per corpus diffuso animus exsurgit alti
atque excusso rerum terrenarum onere aditus ad divinand
panditur. Unde facile intelligitur, si quae oracula obm
tuerunt, quomodo exstincta sint. Terra scilicet perpetuo n
edit exhalationes istas, sed ut multa alia alio tempore
terra gignuntur, alio tempore intercidunt, ita fontes oracu
rum illi passim exaruerunt [141]). Sed quid opus erat D
praesentibus et homines moventibus, quando hominis ani
fumo isto concitaretur ac res futuras praesagiret? Cur s
cerdotes ad hunc usum constituebantur, aut victimae mac
bantur, si locus ipse satis esset ad homines sacro quod
furore perciendos? Atqui longe Plutarchus abfuit, ut D
praesentibus carere et causis tantummodo naturalibus
quiescere vellet. Impiam igitur omnem eiusmodi suspicion
deprecatus [142]), causas naturales monuit non praetermitte
das quidem esse, neque tamen satis valere, quin divina
bernatio et providentia adiungenda esset, quae cum u
versum servaret rerum ordinem, tum non minus pertine

140) *De defect. orac.* Cap. 40.: τὸ μαντικὸν, ὥσπερ γραμματεῖον ἄ
φον καὶ ἄλογον καὶ ἀόριστον ἐξ αὑτοῦ, δεκτικὸν δὲ φαντασιῶν τοῖς πάθ
καὶ προαιρέσεων, ἀσυλλογίστως ἅπτεται τοῦ μέλλοντος, ὅταν ἐκστῇ μάλι
τοῦ παρόντος· ἐξίσταται δὲ κρίσει καὶ διαθέσει τοῦ σώματος ἐν μεταβολῇ
νόμενον, ὃν ἐνθουσιασμὸν καλοῦμεν. Postea vero describit, quale sit
μαντικὸν ῥεῦμα καὶ πνεῦμα, animi naturam valde corpori assimilans.

141) *De defect. orac.* Cap. 44.

142) Copiosius haec edisseruntur Cap. 46. 47.

d oracula administranda. Cum enim anima humana per xhalationes terrae impelleretur et concitaretur, Solem tamen eum efficere [143]), ut exhalationes illae ex humo ederentur, daemones custodes appositos curare, ut spiritus illi iusto odo temperarentur ac leniter modo animum perfunderent, eu violentius percellerent [144]). Sed ubi qnaeritur de *genio ocratis*, copiosius aliquanto disserit de opera illa Deorum ssistentium et monentium. Primum quidem memorat, non im visa esse quaedam divinitus missa, quae in oculos inarrant, quam voces quasdam, quae singulari modo animum osum attingant, atque somniorum comparantur imagines, uando quis voces atque orationem aliorum inter somnianum accipere sibi videatur. Quanquam haec signa non congunt hominibus ex vulgo, qui dormientes modo tranquiltatem aliquam assequuntur, vigilantes vero cupiditatibus orporis rerumque necessitate ita distrahuntur, ut percipere ihil valeant. Contra si qui animum habent purum, consorio corporis haud affectum, nisi quod necessitati prementi uandoque obsequuntur, facile moventur vi omni occurrente, eque vero necesse est vocis sonitu aures eorum percuti a aemonibus, qui etiam sine ea sensuum ope, quid velint, nimo intimo aperiant. Vox enim vi quadam per aures ertur ad animum ipsum; sed animus probus et recte temeratus, etiamsi hoc modo non agitatur, facile auscultat moita numinis divini, nullis quippe turbatus affectibus vehementioribus [145]). Quodsi homines inter se, quid sentiant, per

143) *De defect. orac.* Cap. 43.

144) Multa hac de re memorantur *de defect. orac.* Cap. 50. et 51. unt enim modo *ἀνέσεις* modo *σφοδρότητες* spiritus illius, quem terra exalat, atque animus sacerdotis non semper quietus est, ut facile vaticinandi npetum ferat, praecipue autem imaginandi ipsa facultas corporis affectioibus valde variatur.

145) Vid. *de gen. Socrat.* Cap. 20. De Socratis daemone ita censet, uod *οὐκ ὄψις, ἀλλὰ φωνῆς τινος αἴσθησις ἢ λόγου νόησις εἴη, συνάπτοντος πόῳ τινὶ τρόπῳ πρὸς αὐτὸν.* Etenim illi *ὁ νοῦς καθαρὸς ὢν καὶ ἀπαθὴς, ᾧ σώματι μικρὰ τῶν ἀναγκαίων χάριν καταμιγνὺς αὑτὸν, ἐναφὴς ἦν καὶ ηπτὸς ὑπὸ τοῦ προσπεσόντος ὀξέως μεταβαλεῖν, τὸ δὲ προσπίπτον οὐ θόγγον, ἀλλὰ λόγον ἄν τις εἰκάσειε δαίμονος, ἄνευ φωνῆς ἐφαπτόμενον αὐτῷ ᾧ δηλουμένῳ τοῦ νοοῦντος.* — Post addit: *τὰς μὲν ἀλλήλων νοήσεις οἷον*

vocis sonos communicant, signa tamen eiusmodi crassa da monibus opus non sunt ad voluntatem suam indicandam, a que singulari modo mentem humanam illuminant. Exclude igitur sensuum auxilium voluit, quo daemones uterentur homines docendos: sed cum modo lumen aliquod modo s nitum singularem adhiberi diceret, facile est diiudicare, nu sensuum ministerio abstinuerit. Similem quandam sententia Theanor Pythagoreus prodidit, haec praefatus: cum ar malia quaedam Diis praecipue sacra habeantur, multo mag decere homines, utpote rationis participes, Diis caros esse [146]. Et vero optimum illi quemque atque praestantissimum si gulari et egregia dignantur gubernatione, consiliis adiuvant eos aut alio quovis modo duces facti ad agendum. Reliqu quoque hominibus signa quaedam externa contingunt, quibus observandis ars tota constat vaticinandi: sed vi eorum, qui divini appellantur, singulari quodam modo Diis amice prospicientibus gubernatur. Ubi cum nihil ar plius definiatur, ad similem aliquam interpretationem ducimu Hic quidem, ubi monita quaedam divina ad homines perv niunt, animus humanus nihil vere pati videtur; sin furo quodam divino homines corripiuntur, vis illa divina animu concitans diligentius est examinanda [147]). Neque tame subito quodam impetu mens humana opprimitur, sed leni movetur instinctu divino. Est quidem animus humanus ta quam instrumentum quoddam potestatis divinae, quod vi divinam non reddit puram nec integram, sed quatenus natu humana patitur. Quae sententia clarior erit exemplo ill

---

ὑπὸ σκότῳ διὰ φωνῆς ψηλαφῶντες γνωρίζομεν, αἱ δὲ τῶν δαιμόνων φέγ ἔχουσαι, τοῖς δυναμένοις ἐλλάμπουσιν, οὐ δεόμεναι ῥημάτων οὐδ' ὀνομάτ

146) *De gen. Socrat.* Cap. 23., quippe Dii hominum τοὺς βελτίστο ἰδίας τινὸς καὶ περιττῆς παιδαγωγίας ἀξιοῦσιν, οὐχ ὑφ' ἡνίας οὐδὲ ῥυτήρο ἀλλὰ λόγῳ διὰ συμβόλων εὐθύνοντες, etc.

147) Diversa genera huius motus, quem Dii excitant, describunt *Amator.* 16, atque haec notio ponitur: — μανία τίς ἐστιν οὐκ ἀθείαστος οἰ οἰκογενὴς, ἀλλ' ἔπηλυς ἐπίπνοια καὶ παρατροπὴ τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦ τος, κατοχὴν κρείττονος δυνάμεως ἀρχὴν ἔχουσα καὶ κίνησιν, ἧς τὸ μὲν κ νὸν ἐνθουσιαστικὸν καλεῖται πάθος. — τοιοῦτος γὲ σάλος ψυχῆς ἐνθουσιασμ ὠνόμασται μετοχῇ καὶ κοινωνίᾳ θειοτέρας δυνάμεως.

rata: multa quippe simulacra unius alicuius exemplaris ex
ateria diversa effinguntur, sed singulis ex materia propria
ngulare quiddam vel coloris vel totius speciei imprimitur.
a voluntatem suam et cogitationem Deus quidem monstrat
acerdoti: at cum corpore illa sit praedita viribusque hu-
anis et affectibus perpetuis moveatur, tranquillitatem Deo
stam animi praebere non potest, sed actio divina coalescit
uasi cum natura humana. Itaque duo simul concurrunt,
im vates agitatur, tum Dei ipsius impulsus, tum propria
aturae humanae indoles et facultas[148]). Pythia quidem
sa nihil dicitur ex arte ulla aut scientia ad Dei ministe-
um attulisse, sed virgo pura atque intacta, nullo paene re-
im usu imbuta, animum suum Deo dicavisse, educata autem
parentibus pauperibus, antequam munus illud sacrum susci-
eret, vitam egisse modestam et verecundam[149]). Unde
onsequi videtur, ut animus ad sacra officia afferendus sit
urus atque insons, qualis est inprimis in tenera aetate,
uam deficit adhuc magnus rerum usus simulque malorum
otitia. Quodsi Pythagorei censebant, ὅτι βέλτιστοι γινόμεθα
ρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες[150]), non minus tamen cavendum
rat, ne quis temere atque impurus coram Diis quasi adsi-
teret, id quod efficere debebat universum illud genus lava-
onum et piaculorum, et si quae alia sunt eiusmodi sacra.
e quo rituum genere universo Plutarchus quidem haud
isputavit, sed exempla quaedam sententiam eius satis illu-
trant. Reprehenduntur enim donaria, quae impuris paene
tque illotis manibus homines quidam suspenderant, cum
irpe lucrum fecissent aut facinora mala commisissent,
uorum conscientia ipsa arceri ab sacris debebant[151]).

148) *De Pyth. orac.* Cap. 21.: ὁ καλούμενος ἐνθουσιασμὸς ἔοικε μίξις εἶναι κινήσεων δυοῖν, τὴν μὲν ὡς πέπονθε τῆς ψυχῆς, τὴν δὲ ὡς πέφυκε κουμένης, quam sententiam diligentius illustrat.

149) *De Pyth. orac.* Cap. 22. post alia ita scripsit de *Pythia*: ἄπειρος καὶ ἀδαὴς ὀλίγου δεῖν ἁπάντων καὶ παρθένος ὡς ἀληθῶς τὴν ψυχὴν τῷ ἑῷ σύνεστιν.

150) *De superst.* Cap. 8.

151) *De Pyth. orac.* Cap. 15.: δικαιοσύνης ἀναθήματα καὶ σωφροσύνης καὶ μεγαλονοίας καλῶς ἔχει τίθεσθαι παρὰ τὸν θεὸν, καὶ τοὺς βασιλεῖς

Praeterea cultum *Isidis*, qui temperantiam praeciperet et a
stinentiam, laude dignum habuit, propterea quod cupidita
impotentia frangeretur, et frenata corporis cupiditate facili
animo ad veritatem intuendam aditus panderetur[152]). U
haud scio an originis quoque peregrinae vestigia deprehe
dantur, cum laetus potius esset Graecorum cultus[153]),
sacris illi cum voluptate quadam operarentur, ab luctu a
tem et moestitia plerumque abhorrerent. Sed universa
auctoris nostri sententiam supra iam recitavimus, nihil
sacris institutis inane esse aut sine certa ratione inventu
sed salutarem omnia praestare usum, vel ad mores forma
dos, vel quod historica aliqua aut naturali causa ni
rentur.

Fuerunt autem, qui quererentur, cum ornatus omnis
oraculorum responsis abiisset, potestatem divinam in det
rius ruisse: quos pueriles et praeposteros vocat homine
qui externa specie aliqua comta et nitida ducerentur, pra
dicantes, quidquid grande sonaret ac magnificum. Atqui co
tradicere eos sibimet ipsis, cum Deum olim reprehendisse
obscurius locutum, iam vero simplicitatem oraculorum fas
dirent, atque calumniari malle providentiam divinam, qua
ipsorum accusare ignorantiam[154]). Verumtamen excusan
erat providentia divina, ne aut vicissitudines quasdam invi
subiisse aut segnius res humanas curare videretur. Nam
oraculorum voces partim conticuissent, partim ad sermone
pedestrem descendissent, homines increduli per incuria
quandam et segnitiem Deorum factum esse iactabant. N
gare Plutarchus non potuit, multa oracula olim inclyta nu

καὶ τοὺς ἄρχοντας, οὐ χρυσῆς καὶ τρυφώσης εὐπορίας, ἧς μέτεστι καὶ τ
αἴσχιστα βεβιωκόσιν.

152) *De Isid.* cap. 2.

153) Cf. Friedr. Jacobs, *Ueber die Erziehung der Hellenen zu
Sittlichkeit*, in: *Akademische Reden*, T. I. (*Vermischte Schriften*, T. III
p. 48. 344 sqq.

154) Vid. *de Pyth. orac.* Cap. 28. et 30.: οἱ παῖδες ἴριδας μᾶλλον κ
ἄλως καὶ κόμητας, ἢ σελήνην καὶ ἥλιον ὁρῶντες γεγήθασι καὶ ἀγαπῶσι, κ
οὗτοι τὰ αἰνίγματα καὶ τὰς ἀλληγορίας καὶ τὰς μεταφορὰς τῆς μαντικ
ἀνακλάσεις οὔσας πρὸς τὸ θνητὸν καὶ φανταστικὸν ἐπιποθοῦσι.

se deserta, aut nomen eorum celeberrimum in oblivionem ene venisse: sed huius mutationis causas simul tam ido- as et luculentas exquisivit, ut culpa omni prorsus Dii li- rarentur. Cum magna antehac esset hominum multitudo, principes civitatum et gentes universae de rebus gravis- is Deum consulebant; iam vero diversam omnia faciem luerant, pauci supererant homines ex tot bellis et calami- ibus, quae Graeciam invaserant, iique non de rebus magnis, ae in civitate agendae essent, sed de negotiis vitae quo- ianae auctoritatem Dei expetebant. Quorsum igitur ora- ia multa opus erant in iis regionibus, ubi paucitas homi- m superesset et sedes sacrorum deformi paene ac foeda itudine squalerent[155])? Unde argumentum effecit gravis- ium, providentiam tantum modo perficere, quantum satis et ad usum aliquem praestandum, neque inane quidquam liri. Quocirca cum servata essent ex oraculis, quot homi- m usui sufficerent, et ministri satis idonei adsisterent, iqua conservari necesse non fuit. — Sed cum dolerent , detrimentum potestatis divinae esse factum, quod Pythia sibus abstineret et sermone vulgari uteretur: Plutarchus tra argumentatur, optime Deum abrogata consuetudine stina hominum usui consuluisse, neque ulla facta maie- tis divinae diminutione sapientiam suam egregie praesti- e. Alia fuerunt olim tempora florente ubivis arte poetica, ie, utcunque cupiditate aliqua aut affectu animi incaluerant, tim accessit ad vitam ornandam atque exhilarandam, neque ludicras modo et laetas res, sed ad seria etiam doctrinae dia adhibebatur; quo vitae ornamento cum adsuevissent nines, Deus oraculis quoque decus poeticum non invidit, ministris usus est ad carmina pangenda aptis. Postea vero itatem magis spectare coeperunt, et quae necessaria ad m essent, diligenter expetiverunt, quo tempore philoso- a etiam, claram et perspicuam secuta doctrinam, oratio- ornamenta seposuit. Hinc quoque fides hominum mu- . est tantopere, ut, cum antiqui grandem et magnificum

155) *De defect. orac.* Cap. 8: τοῦ μεγίστου καὶ ἱκανοῦ καὶ μηδαμοῖ τοῦ, πανταχῆ δὲ αὐτάρκους, μάλιστα τοῖς θεοῖς πρέποντος ἔργου etc.

orationis habitum rebus sacris maxime convenientem hab
sent, posteri integumenta ea inique ferrent et fallaciae
quid odorarentur; quapropter Deus simplicem quandai
perspicuam orationem ministris suis praecepit. Sic qu
ambiguitas et obscuritas oraculorum defendi poterat.
quo tempore tranquillis omnes et pacatis rebus fruebai
et Deum consulebant de privatis et domesticis rebus: sp
nimia omnis atque insolita Deum dedecebat, et rhet
potius ambitiosum prodebat[156]). Videmus ergo, religio
ipsam ad mutatam rerum conditionem accommodari, n
eam Plutarcho laudem detrahere volumus, quod strenu
dextere pietatis causam egit.

Pars posterior.

Plutarchi doctrina moralis.

Postquam theologiam Plutarchi exposuimus, accedeni
nobis ad doctrinam moralem explicandam, quaerendum
ecquis inter utramque nexus ab auctore ipso statu
Quem praetermittere non videtur, cum contentioni hum
proponit exemplar divinum, beatum et perfectum, quod se
et aequare debeat[1]); unde et cognitam menti humanae
fectionem divinam, et affinem quodammodo divinae
stantiae hominis animum esse oportuit. Sed monuimus a
Plutarchum non elaborasse in principiis doctrinae eru
et scientia universa concinne comprehendenda, sed p
spectasse ad vitam ipsam sapienter moderandam, tum v

156) Vid. tota haec argumentatio *de Pyth. orac.* Cap. 23
atque demonstrare Plutarchus vult *τὴν μεταβολὴν πρὸς τὸ βέλτιον μ*
μένην. — Ceterum conferantur, quae de his institutis et Plutarchi
pretatione eorum disseruit Neander, *Ueber den Kaiser Juli*
p. 24 sqq.

1) *De sera vindict.* Cap. 5., ubi Platonis auctoritatem sequit.

us ornandam, tum vitiis purgandam, ut praeter libros ctrinae ethicae proprie attributos inprimis vitae testantur [2]). que comparationem illam virtutis humanae cum perfectione ina diligentius non est persecutus, quamvis praestantiam imi humani magnopere extolleret; neque nobis scrutanda t amplius haec copulatio, quae parum idonea est ad doctri- n moralem constituendam. Doctrinam autem ethicam sicut modo tractavit, ut praecepta singula conderet ad vitam denter gubernandam, ita universam fere philosophiam ad nc sapientiae partem revocavit. Quae quidem philosophiae iversae accipiendae ratio digna satis videtur, quam dili- ntius illustremus, praesertim cum meminerimus, Stoicos illa tate eodem fere modo versatos esse in doctrina philoso- ica tradenda, quoniam scilicet ipsa temporum conditione mmovebantur, ut aptam quaererent atque efficacem vitae dicinam [3]). Primum igitur exponendum est, quam vim potestatem philosophiae universae Plutarchus tribuerit, ut n scriptoris ipsius ingenium tum totius forsitan aevi cla- s perspiciatur. Deinde vero instituto nostro apprime con- nire videtur, si accurate colligamus ea, quae de natura mana animique indole protulit, unde reliqua doctrina morum is aliquid accipiat. Quam quidem ipsam non ita pertracta- i sumus, ut singula quaeque auctoris praecepta et monita eramus, id quod negotium esset supervacaneum atque ipsi tius lectioni librorum reservandum, sed summam doctrinae mbremus, quid expetendum, quid fugiendum judicaverit, o consiliorum genere aegrotantes, quo virtutis studiosos iuverit. Multum sane abest, ut plena hinc totius discipli- e ethicae doctrina efficiatur, cum passim modo partes

---

2) Saepius enim profitetur, quo consilio vitas conscripserit. Cf. *Aemil. ul.* 1., ubi historia comparatur cum speculo, unde contingat *κοσμεῖν ἀφομοιοῦν πρὸς τὰς ἐκείνων ἀρετὰς τὸν βίον, — οὐδὲν γὰρ πρὸς ἐπανόρ- σιν ἠθῶν ἐνεργότερον.* Add. *Niciae vit.* 1. — Rationem autem scribendi licat *Cat. Min.* 24.: — *δεῖ μηδὲ τὰ μικρὰ τῶν ἠθῶν σημεῖα παραλιπεῖν, ερ εἰκόνα ψυχῆς ὑπογραφομένους.* Add. Cap. 37. *Timol.* 15.

3) Cf. Tennemannus, *Gesch. der Philosophie*, T. V. p. 142 sqq. itomen doctrinae Epicteti versioni vernaculae adiunxit Schulzius, *iktet, übersetzt*, 1801. 2. Bd.

quasdam Plutarchus attigerit[4]): attamen satis ex his lib apparebit, quem vitae finem spectaverit et quantum aux hominibus doctrina sua paraverit. Denique cum philosophi vellet ad vitae actionem maxime referri, doctrina eius eti aliena non fuit a publicis negotiis. Quare operae preti duximus extremo loco commemorare, quid de publico rer statu Plutarchus censuerit, quid iis praeceperit, qui in publica administranda versari velint. Quae tametsi ad his ricam narrationem aliquatenus pertinent[5]), veniam tamen cilem impetrari posse speramus, ut silentio haud prae mittantur, siquidem homo Graecus in rebus patriae affli et paene exstinctis non passus est nomen Graecum pro deleri.

1) *Gravissimum est philosophiae momentu ad vitam moresque formandos.*

Philosophiae universae si certam aliquam notionem a Plutarchum desideramus, quae quidem facile ex omni doctrina effici poterit, philosophiae tamen ethicae definit nem quandam suppeditat libri *περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς* Cap. ubi pars altera potestatis rationalis ad cognitionem rerum, tera ad vitae actionem trahitur. Est sermo ibi de dive virtutis indole, atque hoc discriminis inter *σοφίαν* et *φρόνη* infertur, quod altera finem habeat *τὸ ἐπιστημονικὸν καὶ θ ρητικόν*, altera *τὸ βουλευτικὸν καὶ πρακτικόν*. Quippe ex cognitio vel sapientia versatur in iis rebus, quae sem uno eodemque modo se habent neque mutationis quidq vel varietatis subeunt; contra prudentia occupatur iis re quae ad nos referuntur, turbatae saepe ab fortuna, ubi d beratio adsciscitur et posthac impetus quidam ad agend accedere debet. Sed quando pergit auctor, sapientiam

4) Accedit, quod commentationes pleraeque, in quibus quaestio ali subtilior tractatur, v. c. *περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς*, integrae non supersun

5) Zinkeisen, *Geschichte Griechenlands*, T. I., nonnunqu auctoritate Plutarchi utitur ad describendam rerum conditionem, qualis aetate in Graecia fuit.

udentiam esse rationis purae affectibus intactae, unde
entia rerum proveniat beata vere atque divina, atque
nc ponit virtutem integram atque absolutam: mirum videri
test, quod hoc loco *φρόνησις* una cum *σοφίᾳ* nominatur.
rum res ita se habet: *φρόνησις* et ipsa est *τοῦ λόγου θεω-*
ικοῦ, sed vertit sese *πρὸς τὸ παθητικὸν καὶ πρακτικόν.*
ando enim varii casus occurrunt, ratio deliberat, quid
endum sit, et temperat dein rectum modum *τοῦ πάθους*,
τὴν ὁρμήν, qua ad agendum homines indigent, unde
am *λόγος πρακτικός* appellatur[6]). Itaque haec prudentiae
tus, quae cavere debet, ne affectiones citius aut prorum-
nt aut languescant, medium quendam locum obtinet, sa-
ntia autem plenum quendam servat rationis principatum.
bemus igitur significationem quandam philosophiae mora-
, quam Plutarchus tamen alioquin non exposuit amplius.
nvenit hoc discrimen cum sententia Aristotelis, qui sa-
ntiam et scientiam similiter distingueret ab doctrina mo-
i[7]); at cum ita Plutarchus censeret, virtutis nomen
ıtiquam obscurare, neque vitam cognitioni deditam prae-
ue commendare voluit. Quod quidem reliqua huius com-
ntationis serie abunde commonstrabitur; sed neque alie-
n videtur ab instituto nostro, nec praeripere quaestionem

6) Non possumus verba ipsa praetermittere, quo facilius omnia expe-
tur. Primum enim dicitur: *Διαφέρει σοφίας φρόνησις, ἢ τοῦ θεωρητικοῦ*
ς τὸ πρακτικὸν καὶ παθητικὸν ἐπιστροφῆς καὶ σχέσεώς τινος γενομένης
τυται κατὰ λόγον ἡ φρόνησις. Post pergit: *Τὴν φρόνησιν — ἐπιμίγνυσθαι*
τυχηροῖς πολλάκις ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τῷ βουλευτικῷ χρῆσθαι περὶ
ἀδηλοτέρων, τῷ δὲ πρακτικῷ τὸ βουλευτικὸν ἐκδεχομένην ἐνεργεῖν ἤδη
τοῦ ἀλόγου συμπαρόντος, ubi apparet, *φρόνησιν* coniunctam cum actione
non differre ab *λόγῳ πρακτικῷ*, qui temperare debet *τὰ πάθη*. Denique
haec addit: *ἡ μὲν (ἀρετὴ) ἀπροσδεὴς τοῦ ἀλόγου καὶ περὶ τὸν εἰλι-*
κρῆ καὶ ἀπαθῆ νοῦν συνιστωμένη σοφία καὶ φρόνησις, αὐτοτελής τίς ἐστιν
ις τοῦ λόγου καὶ δύναμις etc. certe est *ἡ φρόνησις* scientia quaedam
m gerendarum, quae nondum ad agendum accessit.

7) Conf. Ritterus, *Geschichte der Philosophie*, T. III. p. 314.
Aristoteles discernit *τὸ ἐπιστημονικὸν καὶ λογιστικόν*, prout firma
scientia aut deliberatio rerum. Idem vero prudentiam sapientiae sub-
, nimirum ut vitam tranquillam et otiosam sapientiae studio procura-
Ibidem p. 313.

aliam, si animadvertimus, quantum dignitatis Plutarchus scie
tiae ipsi atque intelligentiae rerum tribuerit.

Quaestionem namque Plutarchus agitavit de bonis diva
sis, quaenam potiora habenda essent, quae posthabenda, cu
contra Epicureos contenderet, non corporis modo, sed mu
maioris aestimanda esse animi bona. Enumerantur ibi, qu
bona sint animi propria et rationi consentanea, ac part
proveniant ex cognitione rerum et studio discendi, part
ex amore virtutis colendae. Cupiditas autem discendi
cognoscendi hominibus innata exsatiari nunquam potest,
tamque universam evehit et decorat; unde multitudo nasci
gaudiorum, quae purissima sunt neque poenitentiam ull
inurunt. Veritatem sane exquiri atque investigari opor
nisi rationis facultas inculta iacebit; sed nihil indicavit au
noster accuratius, quatenus huic studio homines incumb
debeant[8]). Saepissime quidem memorantur studia *τῶν φ
λόγων*, quibus continentur non solum reliquae artes libe
les et ingenuae, sed etiam philosophia adnumeratur[9]),
voluit Plutarchus ea studia, quae humanitatem promov
vitaeque venustatem quandam addunt, circumscribere arc
aut reprehendere: sed anteponere non dubitavit ea stud

8) *Non posse suaviter vivi sec. Epicurum*, Cap. 9.: *ψυχικὸν ἀλη
καὶ γνήσιον καὶ οὐκ ἐπίσακτον αὐτῶν τἀγαθόν ἐστιν οὐδ' ἄλογον, ἀλλ' ἐ
γώτατον ἐκ τοῦ θεωρητικοῦ καὶ φιλομαθοῦς, ἢ πρακτικοῦ καὶ φιλοκάλου
διανοίας φυόμενον.* Add. Cap. 10.: *αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἡ μάθησις οἱ
ἐράσμιόν ἐστι καὶ ποθεινόν, ὡς τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι διὰ τὸ γινώσκειν,
δὲ θανάτου τὰ σκυθρωπότατα λήθη καὶ ἄγνοια καὶ σκότος.* Quam
tentiam exemplis illustrat Cap. 11. et 14. Ceterum doctrina morum
manorum Aristoteles negavit sapientiam includi et scientiam re
quippe quae altioris et divinae esset dignitatis. Vid. Ritterus, *G
der Philosophie*, T. III. p. 311. 319.

9) Angustior est usus vocis *φιλολόγος de audiend. poet.* 5.: *φιλο
καὶ οὐκ αὖθις περὶ τὰς λεγομένας γλώττας γεγυμνᾶσθαι*, *contr. Epic.
φιλολόγα κριτικῶν ζητήματα*, *de solert. animal.* 5.: *νεανίσκοι φιλο
καὶ φιλογράμματοι.* Latiorem vim verbi invenimus *de auditione* Ca
ubi inter *φιλολόγους ἀκροάσεις* occurrit *λόγος ὑπ' ἀνδρὸς φιλοσόφου π
νόμενος. Conviv. quaest.* I. 1, 3. *φιλολόγοι* aperte nuncupantur philos
Add. *Praec. salubr.* p. 97. ed. Froben. Illustraverunt verbi usum Bäh
ad *Plutarch. Pyrrh.* 8. et Wyttenbachius, *Moral. Plutarch.
tat.* I. p. 227.

ae finem vitae ipsum attinerent et virtuti firmandae odessent. Unde colligere licet, iis studiis, quae versantur ca cultum vitae liberalem ornatumque, locum inferiorem endam assignari, aut horas modo otii subsecivas concedi, tempus aliud scilicet atque necessarium absumatur [10]). endebatur igitur sophistarum, qui tunc florebant, contentio- us, quando ex cathedra publica recitarent et declamarent, deque audientium plausus et acclamationem sectarentur. iorum gloria inani ne seducerentur iuvenes, librum com- suit *περὶ τοῦ ἀκούειν*, admonens eos, ut docentem utile quid verumque sedulo audirent, ab vano verborum magni- orum apparatu, a comta et nitida oratione, quae nihil le afferret, diligenter caverent. Atqui omnino in iis artibus, ae proprie eo nomine afficiuntur et dicuntur ad oblecta- nem inventae esse, non tam spectavit, ecquid conferrent praestarent ad vitam festive ornandam atque exhilaran- m, quam fructum quaesivit eum, quem ad vitam haberent udenter regendam. Poetas quippe versari in imitando, si quid versibus probe descripsissent, laudem eos mereri,

---

10) Huc pertinent disputationes inter convivia habitae, vid. *Conviv. nest.* I. 1., *Praecept. salubr.* p. 97., *contra Epicur.* 13. Inter argumenta smodi sunt etiam mirae quaestiones Indicae, vid. *Alexandr.* 64., et quae duntur de arte Archimedis, *Marcell.* 14. et 17. Orationes autem sophista- n hoc modo praecipit accipiendas esse, *de Audit.* 6.: *δεῖ τὸν φιλότεχνον καθαρὸν ἀκροατὴν — τῇ προσοχῇ καταδυόμενον εἰς τὸν νοῦν τοῦ λόγου τὴν διάθεσιν τοῦ λέγοντος, ἔλκειν ἀπ' αὐτῆς τὸ χρήσιμον καὶ ὠφέλιμον, ινημένον, ὡς οὐκ εἰς θέατρον οὐδ' ὠδεῖον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκα- ον ἀφῖκται, τῷ λόγῳ τὸν βίον ἐπανορθωσόμενος.* Cap. 7. describuntur histae hoc modo procedere: *ἀναστάντες ἀπὸ τοῦ θρόνου καὶ ἀποθέ- οι τὰ βιβλία καὶ τὰς εἰσαγωγὰς, ἐν τοῖς ἀληθινοῖς τοῦ βίου μέρεσι μι- οὶ καὶ ὑπὸ χεῖρα φαίνονται τοῖς πολλοῖς.* Porro Cap. 8. *μελέται σχολα- καί* disiunguntur ab philosophiae studio. Insignis est locus *de profect. virtut.* p. 58., quaenam pars philosophiae maximi sit facienda: *οἱ ἀρχό- οι φιλοσοφεῖν — οἱ μὲν — ἐπὶ τὴν λαμπρότητα τῶν φυσικῶν καὶ τὸ ὕψος ὶ κουφότητος καὶ φιλοτιμίας καταίροντες, οἱ δὲ — τῷ ἔλκειν καὶ σπαράττειν ροντες ἐπὶ τὰς ἔριδας καὶ τὰς ἀπορίας καὶ τὰ σοφίσματα χωροῦσιν, οἱ δὲ εἴστοι τοῖς διαλεκτικοῖς ἐνδύντες εὐθὺς ἐπισιτίζονται πρὸς σοφιστείαν. — αν δ' ἐκ τῶν πανηγυρικῶν καὶ κατατέχνων εἰς τὸν ἀπτόμενον ἤθους καὶ θους λόγον μεταβῶσιν, ἄρχονται τὴν ἀληθῆ προκοπὴν καὶ ἄτυφον προ- πτειν.*

at quas res imitando exprimerent, de iis aliud iudicium fe rendum esse. Itaque gravissimam exegit poematum censuram ne quando per delicias eorum et frivola figmenta iuven imprudentes corrumperentur, ducemque se praebuit, ut ev tarent contagionem opinionum pravarum, utiles vero sente tias degustarent[11]). Doctrinam enim philosophicam adh bendam esse, ut recte poemata intelligerentur, eoque mod facilius etiam iuvenes ad studium philosophiae allici poss Simile quoddam argumentum est eius libri, ubi quaeritu *maioremne gloriam Athenienses rebus in bello gestis, an l teris artibusque colendis consecuti sint*, nisi quod rhetori auctor exaggeraverit sententias suas et nimium quiddam artiu dignitati detraxit. Praefatus enim, historicos atque artific omnes versari in rebus praeclaris arte sua vel repraesenta dis vel exornandis, maiorem asseruit laudem eorum, qui r eximias ipsi gessissent[12]). Quod tum de pictoribus dix

11) Artem poeticam iudicari ex imitandi artificio, saepius Plutarch profitetur, v. c. *de poet. audiend.* 3.: — *ἡ ποιητικὴ — μιμητικὴ τέχ καὶ δύναμίς ἐστιν ἀνιστροφος τῇ ζωγραφίᾳ, — ἡ δὲ μίμησις, ἄν τε πρ φαῦλον ἄν τε περὶ χρηστὸν ἐφίκηται τῆς ὁμοιότητος, ἐπαινεῖται.* — Simili Cap. 6. 7. Lectionem autem poematum hoc modo restringendam es censet *de poet. audiend.* 1.: *Μηδὲ ἡμεῖς τὴν ποιητικὴν ἡμερίδα τῶν Μουσ ἐκκόπτομεν μηδ' ἀφανίζομεν, ἀλλ' ὅπου μὲν ὑφ' ἡδονῆς ἀκράτου πρὸς δόξ αὐθαδῶς θρασυνόμενον ἐξυβρίζει καὶ ὑλομανᾶ τὸ μυθῶδες αἰτῆς καὶ θεατ κὸν, ἐπιλαμβανόμενοι κολούομεν καὶ πιέζομεν, ὅπου δὲ ἅπτεταί τινος μούσ τῇ χάριτι, καὶ τὸ γλυκὺ τοῦ λόγου καὶ ἀγωγὸν οὐκ ἄκαρπόν ἐστιν οὐ κενὸν, ἐνταῦθα φιλοσοφίαν εἰσάγομεν καὶ κατασμιγνύομεν.* — Ibique adm net, faciliorem esse ductum per suavitatem poeticam ad philosophiae pra cepta: *οὐ φευκτέον ἐστὶ τὰ ποιήματα τοῖς φιλοσοφεῖν μέλλουσιν, ἀλλ' ποιήμασι προσφιλοσοφητέον ἐθίζομένους ἐν τῷ τέρποντι τὸ χρήσιμον ζητ καὶ ἀγαπᾷν* etc.

